









209. VIII. 26

TERENTII CHRISTIANI

# JOSEPHUS,

*Sive*

COMOEDIA JOSEPHI,  
STYLO TERENTIANO A  
CORNELIO SCHONÆO Goudano,  
quondam Gymnasiarchâ Harlemensi,  
Conscripta,

*In usum STUDIOSÆ JUVENTUTIS,  
ludos scenicos adamantis,*

Seorsim edita.



A B O Æ,

---

Excusa à JOHANNE Winter/  
ANNO 1670.

TERENTII CHRISTIANI,  
JOSEPHUS.  
*Actorum Nomina.*

JACOBUS, Senex.

JOSEPHUS,

ISACHAR,

DANUS.

RUBEN,

JUDAS,

SIMEON,

BENIAMIN.

AZER,

ZABULON,

LEVI,

GADUS,

NEPHTHALIM,

} Filii Jacobi.

} Mutæ personæ, filii quoque Jacobi.

MERCATORES, duo.

POTIPHAR,

SEPHIRA, Potipharis uxor.

SYRUIS, Servus:

BLEPHARO, Præfectus carceris.

LYCONIDES, Pocillator.

DROMO, Servus.

LEONIDES, Dispensator.



## PROLOGUS.

### Trimetri Jambici.



*Alutem vobis spectatores optimi  
 Totus puerorum exoptat grex, qui  
 scenicam.*  
*Hanc spectatum venistis actiunculam.  
 Magnoq; gestit gaudio frequentes hic  
 Atque alacres quod confluxistis. Et ob id fore  
 Confidit, aures attentas, Et benevolas  
 Accommodetis ut sibi cum silentio.  
 Nunc quam sumus acturi cognoscite fabulam,  
 Ex sacris non profanis, sumtam literis.  
 Josepho ei est nomen, verum nova, ac recens,  
 A Schoneo, nostro conscripta didascalio.  
 Qui cum primum ad ludos edendos comicos  
 Animum appulisset, hoc sibi negotij  
 Potissimum dari credidit, ut commodis  
 Vestris inserviret labore suo. Itaque  
 Aequum est, vos ejus studijs, ac conatibus  
 Patrocinari, Et adjuvare industriam.  
 Ut vester candor, atque humanitas ei  
 Apud malevolos auxilio siet. Id ubi  
 Se consequutum viderit, nihil invidos,  
 Nihil ille morbitur malos. Qui dum bonis  
 Nocere student, suam ipsi inscientiam produnt,  
 Et deridendos se propinant omnibus.  
 Sed jam remorari vos diutius nolo.*

*Agite auscultate, animumque advertite sedulo,  
Dum paucis periocham recito comœdia.*

## PERIOCHA.

**P**ius à malevolis, atque iniquis fratribus  
*Josephus venditus, duram servit miser*  
*Gravemq; servitutem. pōst prudentiā*  
*Fideq; ejus perspectā, ad maximos citò*  
*Honores emersit. Sed cùm turpissimo*  
*Suæ dominæ amori recusat obsequi,*  
*Stupri accusatus conjicitur in carcerem.*  
*Dein' Phamoni interpretatus somnium,*  
*Totius Ægypti fit præfetus. Fames*  
*Passim dum grassaretur ingens postea,*  
*Fratresq; ad ipsum venissent, penuriā*  
*Coacti, primū ut exploratores eos*  
*Incusat: mox quis sit revelat, & patrem*  
*Cum omni familia, ac stirpe ad se accersi jubet.*

## ACTUS I. SCENA I.).

JACOBUS, JOSEPHUS.

Jambici senarij, & septenarij.

**A**Terne cœli & terræ conditor Deus, quibus  
*Te laudibus celebrabo, quibus efferam præ-*  
*Cujus benignitatem, ac clementiam (coniis?*  
*Nunquam in me sensi claudier.*  
*Tu non solum quæ ad quotidianos vitæ pertinet*  
*Usus, verùm etiā quæ ad copiam, & abundantiam,*  
*Imo ad saturitatem quæ faciunt, liberaliter*  
*Mihi, benignèque hactenus suppeditasti omnia.*

Insi-

Insidias & fraudes, quas homines improbi  
 Nefarii q; aduersum me, at q; meos s̄æpissimè  
Moliti sunt, procul à nobis avertisti Deus.  
 Amara in dulcia, tristia in læta, aspera  
 In jucunda, bonitate tua commutasti mihi.  
 Uxorem præterea ut haberem fœcundissimam,  
 Et dulcem liberorum effecisti gregem.  
 At quid ego prædicem, aut laudem te, mi Deus?  
 Nihil tam magnificè unquam dicam, quin be-  
 nignitas (mines)

Longè id superet tua. Sed ut nihil est inter ho-  
 Beatum, aut perfectū omni ex parte: in prosperis  
 His rebus, & ex animi mei sententia  
 Cedētibus, unum hoc me angit, torquet, affigit,  
 Et cruciat maximè: quod inter filios  
 Malè admodum jam pridem conveniat meos.  
 Est unus, mihi quidem longè charissimus,  
 Quem cæteri mei non æquè diligunt  
 Amanq; liberi: quæ res mihi ægritudinem,  
 Atque dolorem adfert maximum. ob id adeo,  
 quòd cur

Istud faciant, causam ipsis nullam esse video.  
 Nam comis ille, modestus, facilis, & verecundus  
 Est: nulli solitus se præferre, adversus nemini.  
 Quibus quidem obsequiis, cùm alii ignotorum  
 eriam (facile)

Hominum amorem, atque benevolentiam, sibi  
 Concilient, hic nihil tamen nisi invidiam &  
 Odium apud fratres lucrifacit suos. Cui malo  
 Quod remedium inveniam, planè ignoro miser.

Sed ecce, ipius de quo loquor adest, delicium meum,

Mea voluptas, meus animus, senectuti unicum  
Columen, & præsidium meæ.

Certum est, illum præstolari hic ante ostium:  
Ut quid velit, aut quid dicat, aut querat sciām.

Jos. Næ ego hominum qui vivunt sum infelicitissimus,

*Habebis omnes leges tuas*  
Qui fratribus omnibus invisus etatem exigo.

JAC. Quid dicat nondum intelligo satis; sed nivereor, ne de fratribus suorum injuria, (mium Rursus queratur. Jos. Neg<sub>3</sub> culpā istud, quod sciā, Meā contingit: cūm benignum me omnibus,  
Et comedem semper præbuerim hactenus. JAC. Facilè Divinabam id fore: neque immerito ea est illi frequens

Querimonia. Jos. Sed patrem hic astare conspicor.  
Hem mi pater, hiccine eras? non te prævideram,

JAC. Credo (baris?)

Fili. sed quidnam est id, quod hic tecum quere-

Jos. Ego? nihil pater. JAC. Nihil, hem? Jos. Ni-

hil, JAC. Negas?

Atqui audiebam equidē. Quare, dic: quid taces?

Nolo mentiaris. nam mentiri, aut fallere

Qui audet patrem, tantò magis audebit cæteros.

Jos. Heri

Cūm fratribus narrarem quæ vidisse in somnia,  
Illi offensi, malum minabantur mihi.

At ego eorum concedebam inacundiæ,

Ne commoti in me quid molirentur, cuius postea

Pœnitere eos posset. Jac. Bene, & sapienter hercule  
(videras?

Fecisti. Sed quænam ista erant, quæ in somnis  
Age, ne retice: nam ea & mihi cōmemorari volo.

Jos: Una cum fratribus mihi videbar in agro  
Segetis manipulos colligare messis tempore.  
Cūm manipulus interim meus se se erigens,  
Omnes exuperaret, despectaretq; ceteros.

Jac. Ehē, quid istud? Jos. Oh, tace pater obsecro,  
Ac reliqua sine dūm fodes ut narrēm tibi.

Jac. Perge, hic sum. Jos. Mox quos fratres colli-  
gaverant.

Submissis verticibus omnes adorabant meum.  
Dein' aliud, multoq; majus admirandum mihi  
Visum est in somnium. Jac. Etiamnē amplius?

Jos. Verò amplius.  
Sol & luna & stellæ undecim, potentiam  
Visæ sunt adorare, atq; venerari meam.

Jac. Ehem, quid istuc est prodigiī, aut quidnam  
hæc obsecro

Nobis præsagiunt insomnia? An & ego,  
Et mater tua, fratresque omnes te supplices,  
Uti cœlestē aliquod numen, adorabimus?  
Ah, quæ hæc est arrogāntia? profectò nihil  
Omnino mirum, hoc si fratres ægrè tulerint.

Jos. Pater,  
Non herculè eo id diūm volbam, quod mihi  
Tale unquam eventurum quicquā arbitrarer: at  
Somnium ego narrabam meum. Jac. Credo, sed si  
me amas,

Cave tale quicquam fratres post hac unquam ex  
te audiant; *qui au... vobis*  
Nam crabrones non irritandos esse censeo:  
Qui satis ultrò lèdunt, etiamsi nullus provocet:  
Verùm mittamus hæc. Scin' quid te nunc fa-  
cere velim?

Jos. *Quidnam pater? impera, ac factum puta.*  
JAC. Nostri.

Opinor, ubi fratres hodie ovium curent greges.

Jos. *Probè.* JAC. Eò igitur te confer, atque vise,  
quo pacto

Ibi sese habeant res: mihi que id illico

Renuncia. Jos. *Neg̃ istic, neg̃ alibi tibi*

*usquam in me erit mom. Eo, reversurus brevi.*

### ACTUS I. SCENA II.

JACOBUS.

Ejusdem rationis.

**E**Nimverò herclè aut animus me fallit meus,  
Aut non omnino de nihilo est, quod filio  
Tale sit oblatum insomnium. At metuo miser,  
Quandoquidem hoc non reticuit, ne isthęc visio  
Et illi, & mihi, aliquod magnum pariat malum.  
*Nam inter fratres si quando intercidit odium,*  
Id acerbissimum esse solet: ô me miserrimum  
Senem: quemquamne hominem instituere pos-  
se, vel (mihi.

Parare in animo, quod sit charius, quam ipse est  
At ego quidē erga illum ita me affectum sentio.  
*Nam si quid illi est ægrè, continuo mihi dolor*  
Is multo maximus est. Illum unū ego præ ceteris  
Ame

Amo, illum euro, de illo cogito: ille me dies  
 Noctesq; sollicitum habet. Quare eum vite meę  
 Superesse sospitem, ac superstitem nimis velim.  
Quod ut fiat, te oro, atque obtestor, mi Deus.  
 Verum satis me nunc cessasse hic arbitror;  
Quid intus agatur, ut visam, jam me tempus  
monet.

## ACTUS I. SCENA III.

ISACHAR, DANUS, JOSEPHUS, RUBEN, JUDAS,  
 cum reliquis fratribus, MERCATORES duo.

*Senarij, septenarij, & pauci octonarij Jambici.*  
**E**s tu dixisti fratres, idem & ego dixi sepius  
 Atq; adeo nunc dico denuo, non esse ferendam  
 injuriam

*Ignominiamq; quā ille nos irridet improbus.*

DAN. Vah, mortuum me malim, quām non il-  
 Commeruit ulciscar impurissimum. (lum utī  
 Mitto quæ aliàs sumus perpeſsi gravia & atrocia  
 Satis, & viris minimè ferenda fortibus.

Nunc verò contumacibus suis, si superis placet,  
 Et arrogantibus, atque protervis somniis  
 Illusum nobis advenit. Quæ ego quidem  
 Illum, qua superbia atque malitia est,  
 Finxisse, non in somnis vidisse arbitror:

Ut ea narrādo nos discruciaret scelus. (carier.

ISA. Idem & mibi jam dudu in mentē venit suspicere  
 Sed impunè faxo ne isthuc unquam auferat.  
 Neḡ, de eo jam nobis sit ulla consultatio,  
Quin protinus interficiamus nequissimum.  
 Nam in tempore nisi huic occurramus malo,

*Nisi dedecus hoc à nobis averterimus, hui,  
Quantam feneſtrā illi ad majorem audaciam  
Patefecerimus; nobis autem porro, ut non sit suave  
Vivere: nam pejores omnes sumus licentia.*

DAN. O facinus audacissimum;  
Ah, vix etiamnum compos sum animi, ita ardeo  
Iracundia: ideoq; nihil est quod malim, quā eam  
Nunc mihi dari obviām, ut in illum hanc iram  
evomam,

Dum ægritudo hæc est recens: satis mihi  
Id habeam supplicii, dum eum ulciscar modō.  
Sed eccum somniatorem huc ad nos venire con-  
spicor.

Opportunè admodum, né ille huc magno suo  
Accedit infortunio. ISA. *Eſt is ipsius. Optimè*  
*Meherculè factum, gaudeo.* DAN. Veterator,  
ut etiam

Nunc in vultu illius reſuſet impudentia:  
Sed ſermonem ejus aucupemur, ut quid adferat,  
Quidve loquatur, ſciamus fratres. JOS. *De via*  
*Sum de fatigatus, præterea animo male est:*  
*Neq; quā id mihi nunc eveniat, causam ſcio.*

DAN. Atqui ego ſcio nequam: exitium jam adest  
tibi:

Nā nemo herculè hodie me exorabit, quin te uti  
Dignus es, exerceam mastigia. Agedū, protinus  
Eum comprehendamus. Echo accurrite oxyus,  
Priusquam clam hinc itidem ut heri, elabatur  
perfidus.

JOS. *Væ mibi misero.* ISA. *Hem cave ex iſt̄ hoc*  
*quoquam excedas loco.* JOS. *Occidi,* AC-

*Accurrite populares, & ferte auxilium mibi.*

DAN. Etiam vociferare, & subsidium imploras  
Furcifer?

Nunquam pol vivus ex nostris manibus hodie  
Evades. ISA. *Tam experiere, periculi quid sit dolo*  
*Confictis fratres ludificare insomnis.*

JOS. *Misereat vos mei fratres.* ISA. *Quid nos*  
*fratres vocas*

Pessime, tun' tuos nos esse fratres deputas?

Pereat, intereat maleficus. RU. Eja haud sic decer.

Nam si quid puerili errore est commissum, aut  
dictum per jocum,

Non æquum est hoc vos illi succensere seriò.

ISA. *Nil agis, verba sunt mortuo, nam occidere*  
*Eum stat sententia: ne sit, qui nos illudat amplius*

RUB. O indignum scelus! fratrem occidemus  
fratres? obsecro, (page sis.)

Quod tandem ob facinus? DAN. Deprecator, a-

RUB. In hunc puteum mittamus eum potius,  
quam sanguine

Fraterno nostras inquinemus, atq; polluamus  
Manus: quod sine gravissimo scelere fieri nequit.

DAN. Quid isthuc? video non licere, ut cœpera-  
mus hoc (simus.)

Pertendere, agedum, in puteum conjiciatur pes-

Nisi quid dissentitis fratres. ISA. Placet. DAN.  
Vestem

Ei prius exuamus exteriorem, eamq; sanguine  
Hoedi, vel alterius pecoris cujuspam  
Imbutam, deferamus ad patrem; atq; à fera

Dila-

Dilaniatum dicamus. ISA. *Dixti pulchre, ac calide;*

*Nunquam vidi melius consilium dari.* JOS. AB,  
*Sic sine agitis fratres?* DA. Os comprime im-  
pudens.

RUB. Abeo, precando quando proficio parum.

ISA. *Faceto isthic. Age, sic dabo, nunc qui volet.*  
*Nos lacessito: faxo tali multatum eum*  
*Atq[ue] hic est infortunio. sed consideramus hic*  
*Paulisper, ut cibum capiamus, ac lassa*  
*Resciamus corpora.* DA. Bene mones, sed quos-  
nam procul

Huc ad nos adventare video? nisi mihi parum  
Prospiciunt oculi, Ismaelitæ sunt, ISA, *Sunt,*  
*hercule*

*Sunt mercatores, ut videntur.* JUD. Nescio  
*Quid hic mihi in mentem venit.* ISA. *Quid fra-*  
*ter:* JUD. ut

Eum his vendamus, atque pecuniam inter nos  
Ex aequo partiamur. quid enim nobis proderit,  
Si per nos intereat frater: DA. Bene consulis,  
Ac sapienter. Agite, extrahamus illum denuo.  
Tu illos compellato Juda. JUD. Ubi proprius ac-  
cesserint. (vobis placet

Salvete viri. Huc adeste sodes: quo pacto hoc  
Mancipium? MER. Non malum hercule, estne  
venale? ISA. EST.

MER. Quanti? ISA. *Quadraginta argenteis.* ME.  
Hui, nimium, iniquum

Petitis, ut quod aequum est feratis. Agite, dabo

Triginta. DA. Habeas, ratum esto. MER. En ac-  
cipe. Jos. *Prô Deum*

*Immortalem! alieni me vestris ab oculis* (Tace,  
*Procul hinc in ignotum abducent locum?* MER.  
Ac sequere nos. ISA. *Næ nobis hic feliciter*  
*Dies illuxit.* JUD. In vallem istam, quæ prope est,  
Scedamus, ibique prædam dividamus. DA. Per-  
placet.

*ACTUS I. SCENA IV.*

R U B E N,

*Ejusdem generis.*

AH, hoccine est humanum factum, aut incœ-  
ptum? hoccine

Officium fratrum? quos neq; animus fraternus  
neque

Fides, neque misericordia commovet. viros cum

Rem suscepisse inimicitias tā atroces non pudet!  
Sed rectā me nunc ad puteum confero,

Ut ex illo eximam, & hoc tanto periculo

Puerum innocentem liberem, ob id enim hoc eis  
Consilium dabam. Josephe, heus heus Josephe.

quid

Obtinuisti? ego frater tuus sum Ruben, esto bono  
Animo. non ut noceam, verūm auxilium ut ti-  
bi feram,

Huc veni, etiamnum taces? itanè parvam mihi

Apud te esse fidem? ne vereare inquā, nihil tibi

A me fiet mali. Sed quid hoc? nemo hic

Est. pro Deum immortalem! facinus fœdum. ô

adolescentulum

Infelicē! ô scelestum, qui hinc eum eripuit mihi.  
Quæ est, si non hæc insignis appellāda injuria est?  
Hei misero mihi! hei patri miserrimo!

Ejus me nunc miseret, ejus vitæ timeo, ejus vicē  
Doleo infelix. nam ubi ipsū periisse intellexerit,  
Peritum eum unā mœrore, animiq; egritudine  
Satis certò scio. & propterea quid agam planè  
nescio.

Dicam illi, an non? dicam me herculē, et si ei  
Tristissimus sit hic futurus nuncius.

*ACTUS I. SCENA V.*

JACOBUS, RUBEN, DANUS.

*Ejusdem rationis.*

R Eviso quam mox hoc sese recipiat filius  
Meus Josephus, quē ad fratres allegavi suos,  
Nimium hercule moratur diu: nec temere est,  
nam nihil

Illo expeditius esse solet, nihil in negotiis  
Paternis obeundis æq; promptum atq; sedulum,  
Atq; ideo quia non rediit ah, quæ cogito? quibus  
Nunc sollicitor rebus? ne aut ille læserit  
Se, aut ceciderit, aut defessus de via, alicubi  
Cōsederit miser. Quapropter ipse quid sit, quod  
Illum isthic remoretur visam. Sed quidnam est  
quod video timidum,

Atque hoc properantem Ruben? O me infeliciſ-  
ſum! (lum.

Nescio quod magnum hoc nuncio expecto ma-  
Rub. Me miserum! ut etiam nunc animus inhō-  
rescit mihi,

Cum tanta tamq; immanis in mentem venit  
 Crudelitas. Sed quid ego nunc dicam patri?  
 Ah, horreo, repudio consilium quod primùm in-  
tenderam. (at, occidi:

Ex alio id ut cognoscat malim, quam ex me. at  
 Ecce illum occurrentem mihi: insolens quidem  
 Istud facit. Credo rem rescivisse, & ob id dolore  
 nunc

Perturbatum, profluisse ex ædibus, JAC. Oratio  
 Hæc me infelicem planè exanimavit metu.

RUB. Id tantum dicam periisse illum, cetera qua-  
 scio:

Nescio. JA. Me miserū! quam vereor, ne sit meus  
 Josephus iste, quem periisse dicit. Sed cesso al-  
 loqui?

Ehem fili. RUB. Quasi ante non præviderim  
 Respiciam ad eum, Hem, quid istud est pater,  
 quod te foras

Egressū conspicor? JA. Mitte isthuc percontarier,  
 Quin cedo potius, quis homo sit quem periisse  
 dicebas modo. (di hem,

RUB. Interij infelix, lingua hæret metu! JA. Occi-  
 Quid expalluisti, aut quid trepidas fili: satin'  
 Salvæ res, ah, taces? hei misero: nescio quod ma-  
 gnum malum

Me celas fili. RUB. Quid ego tibi dicam pater?  
 Frater noster Josephus periit nobis. JA. O miserum  
 Me atque infelicem senem! meus periiit  
 Filius Josephus? Josephus meus

Periit? ubi? RUB. Nescio. JAC. Quo pacto? RUB.  
 Neque id quidem

Scio.

*Scio. Jac. Quid isthuc? periisse illum dicis, & Quomodo, aut ubi perierit ignoras? quid hoc rei est?* (adfui:

*Rub. Audivi pater, & credo: verum ego non Atq; ideo quo casu id contigerit nescio.*

*Jac. Ah, desine mecum perplexè loqui, scio, nescio, Periit, audivi, ego nonadfui. non tu*

*Isthuc mihi dicturus apertè es, quidquid est?*

*Sed estne hic Danus, quem procul advenientem conspicor?* (accedit. Hei

*Rub. Est ipsius Jac. Et is quidem properans Misero! Rub. Hic eum opperiamur, dum adueniat pater.*

*DAN. Nihil profecto unquam quicquam opportunius*

*Nobis evenit, quam insperatus ille, ac commodus Mercatorum interventus: qui tantum pecuniae Pro impuro isthuc numerabant nebulunculo.*

*Quod sanè inter nos distributū est ex sententiā. Nunc illius vestem, hirci infectam sanguine, Ad patrem defero, atq; dilaniatum eum à fera Persuadebo seni. Sed quosnam non procul Hinc astare video? Pater est, oculi nisi Hallucinantur, frater quoq; adest Ruben: hem, Mirum ubi me ille anteverterit, accedam atq; colloquar.*

*Sed jam mihi vultus est sumendus tristior, Verbisq; simulandus dolor. Sed cōmodè accidit, Quòd Ruben illum à nobis venditum ignoret: Nam si sciret, non herclè taceret: nunc per nos quidem* (Cela-

*Celabitur probè. JAC. Rectâ ad nos aggreditur:  
& nescio (dem mihi  
Quid in manu gestet. Quàm vereor ne hic i-  
Nunc nunciet malum. Appellemus. Heus Dane.  
DAN. Quasi non audiam assimulabo. JAC. Hem  
tibi dico Dane:*

*DA. Quis homo est qui me? hem, ignoscas obsecro,  
Non te prævideram. JAC. Credo, sed quid Jose-  
phus? DA. Ah,*

*Pater, actum est, perijt. JAC. Quid ais fili. DA.  
vestem ejus tibi*

*Adfero, repartam à nobis in via, lacerā, ut vides,  
Et crux maculatam, turpatamq; undique,  
En accipe, ut cognoscas, sit ne, an non. JAC. O me  
miserrimum!*

*Ejus talaris tunica, mihi satis*

*Superq; nota infelicissimo, ah, fili charissime,  
Siccine te à tigride, aut alia quapiam fera*

*Esse laceratum? vah, jam vitæ me tædet meæ.*

*RUB. Ne te*

*Excrucies obsecro, atq; afflictæ mi pater:*

*Sed hoc quoq; malum, ut facta tua sunt alia, fac  
Animo æquo, ac forti patiaris. JACOB. ego tan-  
tam miseriam*

*Non indignè feram miser? Imo cupiam in hac*

*Re jam defungier: nam morte nihil mihi*

*Nunc esse posset gratius. DA. Ita natura pater*

*In ætate hominum comparatum est, ita placitum  
Deo,*

*Voluptati ut mæror comes sequatur: utq;*

*Incommodi plus, & mali illico adsit, si boni  
Quid obtigerit nobis. Quapropter si sunt cæteræ  
Salva, & quemadmodum tu vis, mitte queri-  
monias,*

*Et fletum inutilem: cum idem tibi vel in vito,  
Ac nolenti ferendum sit tamen. Jac. Ah, quid  
consolare me? an*

*Quisquam usquam gentium me vivit infelior?  
Quid mihi nunc adfers, quamobrem exspectem,  
aut sperem porro meam*

Vitam non perpetuò miserrimam fore?

Rub. *Quando quod factum est, lugendo inse-  
clum fieri nequit,*

*Quod sors fert, quæso ut moderate feras pater,  
Et nos homines esse memineris, ea lege natos, ut  
Semel omnibus hinc sit emigrandum. quod qui-  
dem eo*

*Erit factu facilius, si eventis aliorum memoria  
Repetendis, nihil tibi novi accidisse cogites.*

*Et eos graviter non esse ferendos casus, qui neg-  
Ratione, nego consilio evitari queant.*

*Hæc si verè in animo tuo nunc perpendas pater,  
Magnam tibi partem detraxeris molestia.*

Jac. Sapienter tu quidem ista dieis fili, At gra-  
vius hoc

*Est vulnus, quam ut medicam ferat manum. Le-  
vat quidem* (dato:

Dolorem humanæ fortis, conditionisq; recor-  
Sed tam repentinus, tamque inopinatus filii  
Mihi charissimi interitus facit, ut constantiæ

Obl.

Obliviscar meæ, & dolori succumbam miser.  
 Quare nihil agitis, dum me paratis consolarier.  
 Nunc itaq; domū revertamur, ut hoc quod mihi  
 Restat vitæ, in perpetuo mœrore, atque luctu  
 transigamus.

## ACTUS II. SCENA I.

JOSERHUS.

*Ejusdem rationis.*

**N**Equeo mearum rerum initium ullum inve-  
 nire idoneum,

Unde exordiar narrare, quæ innocentia  
 Atque misero haec tenus evenerunt mihi.  
 Jam inde à puerō fratres me gravissimo  
 Statim odio omnes persequebantur: mihi  
 Esse adversos æquè studium erat, similis pertina-  
 Itaq; nihil mali meritum calumniis, (cia.  
Fictisque criminibus apud patrem me accusa-  
bant. Quibus

Cùm proficere parùm se cernerent, ad me  
 Perdendum quavis ratione animum induxerunt  
 suum. (modis

Tandem comprehensum & miseris afflictum  
 Me vendunt Ismaëlitis mercatoribus.  
 Gravem itaq; servitutem servivi haec tenus,  
 Procul à charissimo hue in Ægyptum abductus  
 patre.

Hem, quo redactus sum? à cognatis omnibus,  
 Ab amicis atq; notis distractus vivo miser.  
 Solus sum, & destitutus undiq;. at ita me Deus  
 Amet, & ita obtingant hic, quæ optarim mihi: ut

Nunquam merui sciens, meritò ut illi caperent odium mei.

Sed quid cum istis agas, qui neque jus, neque bonum, neque

Æquum quid sit sciunt: melius, pejus, prósint,  
obsint, nihil

Vident, nisi quod lubet. verùm inter has meas  
Calamitates hoc mihi cessit commodè,  
Quòd hic princeps me jam pridē emit Potiphar,  
Harum qui est Dominus ædium: apud quem  
servitus

Haudquaquam dura contigit mihi, vulgarium  
Enim dominorum dissimilis est ille, apud  
Quos dies & noctes assiduò satis

Superque est, quod factò, aut dicto sit opus,  
quod imperant,

Æquum an iniquum sit, nihil vident, nihilque  
pensi habent..

Hic verò noster, humanus, modestus, atque  
facilis est: (clivior:

Ad lenitatem, quàm ad fævitiam, multò pro-  
Eoque ingenio, ut amari se, quàm metui malit.

Cæterum

Ut reliquis servis, ac famulis suis se commo-  
dum, ac

Benignum præbet satis: ita me eximum ha-  
buit semper.

Sed quidnam à nobis crepuit ostium? ipsus est  
Foras qui egreditur. Quidnam circumspectet  
nescio.

## ACTUS II. SCENA II.

POTIPHAR, JOSEPHUS.  
Ejusdem generis.

**U**XOR Josephum se vidisse hic dicebat modò,  
Atque eccum, opportunè admodum. Jo. Me  
nominat,  
Accedam. Po. Josephe, per tempus te hic stan-  
tem reperio.

Jos. Quid ita Domine? Po. Ausculta paucis,  
& quid te velim

Scies. Jos. Præstò sum ad tua jussa exequenda  
paratissimus. (tibi

Po. Ego postquam te emi, ut semper apud me  
Justa atque clemens fuerit servitus, scis. Jos. Oh,  
scio, & (tissime.

Semper dum vixero, memor ero princeps honori-  
Po. E servo feci ut essem libertus mihi,  
Propterea quod serviebas liberaliter.

Neq; me hujus animi pœnitet: nam maximi  
Pretii hominem te esse in animum induxi meū.  
Aliorum servorum multum dissimilem: qui nisi  
Malo coacti facere suum officium solent.

Jo. Si tibi quid feci, aut facio, quod placet, quodq;  
Gratum fuit adversum te Domine, gaudio,  
Habeoque gratiam, sed hinc nihil debetur mi-  
hi: neque

Laudem me promereri, sed culpâ carere existimo,  
Quando tibi per omnia obsequor. Po. Probum  
esse te (indole

Tua indicio est oratio: quæ quali ingenio, atq;  
B3 Sis

Sis declarat maximè. Nunc quia mea hactenus  
 Tibi curæ fuisse cognovi negotia,  
 Mihiq; tua fides jam perspecta est satis,  
 Dignum te judicavi quem majoribus rebus  
 Præficiam, cuiq; cōmittam quæ possideo omnia.  
 Ut otioso atque quieto animo esse liceat mihi.  
 Omnes tuis jussis ut pareant volo.

Si quis sit, qui officium detrectet aut recuset obsequi,

Is iram faxo experiatur meam. Nunc adeo id omnibus (get.

Edicam intus, ne quis sit sibi qui prædictum ne-  
Jo. Habeo gratiam Domine, & dabo operā sedulō,  
Ne, quam de me concepisti, spem febellisse  
Videar. Po. I nunc intro, atque ex dignitate te,  
Quam natus es, orna, ego statim te consequor.

### ACTUS II. SCENA III.

POTIPHAR, SEPHIRA,  
*Eiusdem generis.*

VERISSIMUM id quidem herclē est, quod frequens dici solet

Cuique suos mores fortunam fingere.

Hoc adeò ex hac re nunc venit in mentem mihi;  
 Hic servus Hebræus Josephus, infimo

Non ita pridem unus è mancipiorum grege,  
 Ad honorem subito emersit maximum, neque

Id aliam ullam ob causam, nisi quod fideliter  
 Suo officio semper sit funetus hactenus :

Atq; ex animi mei sententia quod servierit mihi,  
 Neque immensum : probitati enim suum debetur  
 præmium. Sed

Sed uxor exit. SEPH. *Hic audire vocem visa sum  
Mariti, atque ecum. Anime mi, plurima salu-  
te tua*

*Impertit uxor: Glæta tibi precatur omnia.*

Po. Habeo pol gratiam meum svavium, mea  
Voluptas unica: idem tibi reprecor. Sed quid,  
quod te rogem.

SEP. *Quid? cedo. Po. Quæ Josepho feci intellex-  
tin?* SEP. *Omnia.*

Po. Quid ais? satin' placent? SEP. *Ab, quasi quod  
tu facis*

*Disspicere posset mibi. Po. Benignè dicis: gaudeo.  
SEP. Honore quovis dignus est. Po. Nunc intro eu-  
Sequar, atque efficiam ut tota nostra familia  
Hanc rem sciat: eique per omnia morem gerat.  
Tu, ut diei tempus est, vide ne quò abeas longius.  
SEP. *Nusquam eo. abiit: libere itaque hic quid vis  
loqui licet.**

*Nunquam edepol, quicquam jam pridem quod  
magis*

*Vellem evenire, mihi evenit, quam quòd meus  
Maritus de Josepho hodie decrevit, namq; ego,  
Quæ mihi sum conscientia, hoc certo scio, meo  
Cordi hoc adolescenti neminem fuisse  
Unquam chariorem; & propterea hanc ei  
Dignitatem, honoremq; obtigisse gaudeo.  
Imo fortunatos, ac felices nos esse judico,  
Quibus famulus tam fidus, tamq; prudens conti-  
Cujus rara virtute, animiq; industria (git,  
Fortunas nostras confabilitas, insuper*

*Rem familiarem non parum amplificatam cer-  
nimus.*

*Sed ipse exit foras. eja, ut venustus est!*

*Ult homo homini prestat! tacebo, ut quid loqua-  
tur audiam.*

*ACTUS II. SCENA IV.*

*JOSEPHUS, SEPHIRA.*

*Senary Jambici, admisisti aliquot septe- &  
octonarijs.*

*Deo magnas meritò habeo, atque ago gratias,  
Pro tanta ipsius erga me clementia.*

*Nam huic acceptum ferri convenit bonum,*

*Quod hodie præter opinionem, ac spem o-  
mnen contigit mihi.*

*SEP. Propius accedam: nam que loquitur nun-  
quam intelligo*

*Satis. Jos. Sed opportunè, quam quærebam, ad-  
est hera.*

*SEP. Me quærit. echo, hic sum Josephe, si quid est  
Quod me velis: Sed hoc mihi prius expedi*

*Amabo, quo pacto nostra erga te tibi*

*Placet benignitas? Jos. Ea tam magna est, hera,*

*Ut nunquam par à me vobis referri gratia*

*Possit. Nihilominus tamen operam dabo,*

*Ne hoc beneficium in hominem ingratum con-  
tulisse*

*Videamini. SEP. Scio. Sed quid istud? quòd mihi  
Formosior nunc multò esse videare, quām*

*Dudum? an quia vestis commendat formam?  
quanquam formosus es.*

*Satis,*

Satis, etiam si nihil sit adjumenti ad pulchritudinem,

Jos. Veluti floris hera, ita & corporis humani brevis est gratia. (ne

Sed missa isthæc faciamus: atque huc cur veni, si Ut commemorem tibi. SEP. Age, ut lubet. Jos. Dominus à rege se

In aulam esse vocatum dicebat, quò priusquam iret, (plius?

Se paulisper tecum loqui velle. SE. nibil ne am-  
Jos. Nihil agedum sodes, propera, ne illi in mora

Sis. SEP. &c. Jos. Quò me dominus rebus ma-  
joribus

Præfecit, hoc enitendum mihi magis  
Esse arbitror, ut omnibus illi satis faciā modis;  
Et spartam, quam nactus sum, ornem: talem-  
que me

Præstem, ne à quoquam meritò accusari queam.  
Ita in officio quemque facile continuero, quan-  
do ipse,

Quod est æquum me facere, facio sedulò.  
Mea sic est ratio, & sic animum induco meum:  
Ubi qui rebus præst, aut non adest, aut negli-  
genter

Officio fungitur suo, (fieri solet.

Citiùs quod non facto, quā quod factō est opus,  
Contra ipse herilibus usq; si intentus negotiis,  
Nusquam omnino cesset: tum neq; sibi neque  
Suis desit: quotquot sunt famuli gnaviter,  
Exemplo illius provocati, pro se omnes simul

Enituntur, opusque exercent suum. at satis,  
Superque hic jam cessatum arbitror: & eccum  
herum  
Foras video excuntem, intro hac concessero.

## ACTUS II. SCENA V.

POTIPHAR.

*Ejusdem generis.*

**I**Ta pol quidem res est, fidelem haud ferme hero  
Invenias servum: & propterea nunc gaudeo  
Magis, mihiq; gratulor, cui Josephus hic  
Felici quodam fortunæ successu contigit.  
Quem mihi per omnia æquè fidū sum hactenus  
Expertus, atque egomet sum mihi. Quodque o-  
mnium est  
Rarissimum in servis, ea probitate præditum,  
Eaque virtute, ac vitæ integritate, ut nihil suprà.  
hinc,  
Nisi fallor, accidit, ut quæ aggreditur, & facit,  
Felicititer illi succedant omnia: Diis,  
Ut opinor, illius facta secundantibus.  
Itaq; favorem & gratiam apud me & uxorē meā  
Facilè invenit. neque mirum: quis enim talem  
non amet, (maximi?)  
Atque in pretio habeat? quis obsecro non faciat  
*Virtutis illa vis est, ut quemvis, licet*  
*Invitum, in admirationem, & in amorem trahat*  
*Sui, nam rebus illa prestat omnibus:*  
*Ea qui est ornatus, cuncta illi adsunt bona.*  
Sed ostium à nobis crepuit, ad regiam  
Quo sum vocatus, recta nunc pergo via.

ACT.

## ACTUS II. SCENA VI.

JOSEPHUS, SEPHIRA.

Ejusdem generis.

**U**T nihil unquam tam prosperè cuiquā evenit.  
 Quod non habeat suam admistam ægritudinem:  
 Adeò nihil hic homini, aut stabile, aut proprium est: nihil  
 Quod omni ex parte beatum sit diu. nam si boni  
 Quid obtigit, malum continuò intervenit..  
 Quo lætitia in luctum, voluptas in dolorem  
 Mutatur. idq; adeò re ipsa nunc experior miser.  
 Sed eccam quæ meam felicitatem inturbat  
 mihi. (nuò:

Perii, de eadem re, ut opinor, me obtundet de-  
 Verùm nihil aget. mortuum enim me malim,  
 quam fidem

Fallam, vel alieni sim subfessor connubii.  
 SEP. Perij, quanto minus spei est, tanto magis  
 Amo. pròDij immortales, tantamne contumaciam  
 Homini cuiquam innatam, ut neq; precibus, neq;  
 Lachrymis magis commoveatur, quam saxum! vae  
 miseræ mibi (sentio.

Nunc ego scelestum illum, & me infelicem esse  
 Et tædet, & amore ardeo: & prudens, sciens,  
 Viva, vidensq; pereo: neque quid agam scio.  
 O faciem pulchram! deleo omnes dehinc meo  
 Ex animo adolescentes, tædet vulgarium  
 Harum & quotidianarum formarum. Jos. Ecce  
 autem iterum:

Heu me miserrimum! neque quo fugiam, neque  
 Quo

Quo pacto hinc elabar, scio. SEP. Sed commode  
Hic illum stantem video, adibo: & si pol s̄epe jam  
Me spes hæc frustrata est, quando verecundiae  
Fines transgressa sum semel, bene, atq; gnaviter  
Me esse impudentem oportet. Verum blandè, ac  
comiter

Nunc est salutandus, & appellandus mihi. Salve  
Joseph, salve anime mi, mea voluptas unica.  
Jos. Ah, missa isthęc face. SEP. Quid missa? uti-  
nam esset mihi

Pars aqua amoris tecum, ac pariter fieret, ut  
Aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet,  
Aut ego isthuc abs te factum nihil penderem.

Jos. Multis modis injuria pol hera, & molesta es  
Nimis, neque ferri potis es. SEP. Ah, nunquam-  
ne desines,

Aut cessabis refragari mihi? quin potius cogita,  
Quid deceat etatem tuam: & esse heram, que  
te rogat,

Tuamq; formam que expetit sibi: que cogere  
Te pro suo jure, atq; imperio, si velit, (tia  
Potest. Jos. Tota via erras hera, amor benevolen-  
Conciliari, haud minis extorqueri solet..

SEP. Oh, nunquam tam blandè dicam tibi, ut a-  
nimum mutes, & in

Hac re te obsequentem præbeas mihi?

Jos. Si me parere vis tibi, age, honesta impera:  
Nunquam defugiam autoritatem; sed quicquid  
præceperis

Effectum ut sit, curabo protinus. SEP, Hoc age  
AMA-

*Amabo, ac supplicantem me ne averfare amplius.  
Si ullam in mea amicitia spem habes: si ea quæ  
hactenus*

*Grata fuerunt, multò gratiora etiam tua  
Mibi vis efficere officia, hoc unum sine  
Sodes te exorem. Jos. Ah hera, ne me obsecra,  
quasi*

*Hoc te orando à me impetrare oporteat,  
Quod utriq; si fiat, dedecori sit futurū maximo.  
SEP. Apage, supersticiosus es nimis. Jos. Non  
herculè*

*Supersticio, sed flagitium, factique turpitudo me  
Deterret hera. SEP. Adeon' te diffisilem esse, &  
inexorabilem,*

*Ut neq; precibus, neq; lachrymis fleti queas?*

*Jos. Adeon' me ingratum & inhumanum putas,  
ut neque*

*Herilis erga me benignitas, neque  
Pudor commoveat, neque commoneat, ut ser-  
vem fidem. (baud*

*SEP. Ah, enecas, ausculta, servabis fidem mihi,  
Violabis inquam: nam hoc illum facile celabimus:  
Ad me recipio, tu modò esto quietus anime mi,  
Et amantem amplectere. Jos. Ah, missum me fac  
hera. nam*

*Ita me Deus amet, ut neq; per me, neq; per alium  
Pudicitiae tuæ vitium oblatum velim:*

*Idque adeò maximè heri causa mei. quem ego  
quidem*

*Non contumelia hac, aīt honore quovis dignum  
deputo. SEP.*

SEP. Utinam esset talis, qualem tu esse illum putas: ac non potius

Vulgo maritorum similis: qui cum libenter  
Arent alienum fundum, familiarem incultum  
deserunt. (nunquam

Jos. Hera, per summum ego tibi juro Deum,  
Me in hac re morem gesturum tibi: non, si  
Mihi capiundos omnes homines inimicos sciam.

SEP. Vah, siccine tecum agis scelus? quæ tibi  
mea (didi?)

Consilia, quæ omnem animum, atque vitam cre-  
Age, quia benevolentiam meam aspernare, jam  
Faxo, in mea quid valeat experiaris contumax:  
Neg, id sine tuo, ut arbitror, magno malo.

Jos. Nullum ego malum, præter culpam esse  
existimo.

Sed actum, ut video, ago. SEP. Non sic elabe-  
ris peſſime.

Enimvero voce est opus. O populares, ferte miseræ  
Auxilium, subvenite inopi, -----

### ACTUS II. SCENA VII.

SYRUS, SEPHIRA, POTIPHAR, JOSEPHUS.  
*Ejusdem generis.*

----- Quam hic audio

Vociferantem: perii, hera est, quid sit nescio.

SEP. Hem Syre, Syre. ades dum ocyus, succurre so-  
des Syre.

Et infelici fer opem mihi. SYR. Quid isthuc he-  
ra? satin'

Salvæ res? quid taces? aut quid nā exanimata es?  
cedo. SEP.

SEP. Eheu me miseram. SYR. Respira, atque ad te redi obsecro.

SEP. Ac, vix sum apud me, ita nunc animus commotus est metu.

Agedū, propera, ac maritū, ubi ubi est, querito.

SYR. Causæ quid dicam; SEP. Odiose cessas? rem magnam esse dicio,

Quæ nullam patitur moram: SYR. Eo, Hera, dii te servatam volunt.

SEP. Qui sic? SYR. Ipsum procul accedentem conspicor.

SEP. Est? an non est? certè est. opportunè admodū Hic illum præstolabor. POT. Quantum potui regiis

Expedivi me negotiis: nunc me domum Recipio, ubi per Josephum quies parta est mihi. Sed uxorem eccam video stantem ante ostium. Interii, vultus non placet: nescio profectò, quid Absente me turbatum sit domi. SEP. Hem mari- te, commodè

Pot. atq; in ipso tempore

Intervenis. POT. Quid trepidas, aut quid per- turbata es obsecro,

Nihil respondes? SEP. Quid ego tibi respondeā Misem? ecce palliū. POT. Cujus? SEP. Cujus rogas? Josephi. POT. Ehem, Josephi? quid ita? aut quid mali

Is designavit? SEP. Vah, pudet me dicere,

Quæ ipsum facere non puduit sceleratissimum.

Qui nunc mihi si detur, ut ego illi ungvibus

*Facile, atq; libenter involem in oculos venefico.*  
 POT. Ah, mitte male loqui, ac stomachari desine,  
 Quin potius, quid sit quod deliquit, paucis ex-  
 pedi. (modo)

SEP. *Interij, lingua heret metu: & tamen nullo*  
*Hoc reticendum est mihi.* modo huc egressam fa-  
 miliariter (neminem)

*Admodum aggreditur & comiter appellat, dein'*  
*Cum adesse cerneret mihi, nego ancillam, nego ser-*  
*vulum,* (mum)

*Blanditiis, & verborum illecebris me tentare pri-*  
*Cœpit: dein' constanter detrectantem, serio,*  
*Confidenterq; adoritur, atq; vim parat.*

POT. Hem quid ais? perii. SEP. Ego tollens vo-  
 cem, atque opem

*Domesticorum inclamans, turpitudinem*  
*Tamfædam, ac tantum dedecus vix effugi misera.*  
 Syro hoc

*Ad clamorem meum accurrente protinus.*

*Ille relicto, quod manibus tenebam, pallio,*  
*In pedes se conjicit quantum potest.*

POT. Me miserum, quanta de spe decidi: sum-  
 mum bonum hunc

*Servum mihi esse putabam, hominem industriū,*  
*Probum atque fidelem, uti tum videbatur. Ve-*  
*rūm ex eo* (prehendi jube)

*Iufelix quem nunc capio dolorem!* SEP. Com-  
*Quantum potes, priusquam effugiat perfidus.*

POT. O hominis impudentem confidentiam!  
*Hoccine tam audax facinus illum facere esse au-*  
*sum? age* Jose-

Josephe: exi inquam Josephe: ecquid te pudet? Jos. Quis me vult? perii, herus est, quod remedium nunc huic malo

Inveniam, aut quidnam illi respondebo miser. Pot. Ehodū bone vir, accede: columen verò meę Familiaę cui hinc abiens mea commisi omnia.

Jos. Domine licet ne pauca? Pot. Quid dices mihi?

Jos. Audi obsecro. Pot. Vah, egon' audiam; quid ego audiam?

Jos. Hoc te oro Domine, ne quid arbitrere me Adversus edictum tuum facere esse ausum. Pot. Res indicat

Josephe, adeon' tibi visus sum idoneus, cui Sic illudas? cui pro beneficio maximo, Maleficium rependas maximum? Jos. Mi here. Pot. Quid mi here? Si me tuum herum esse putasses, non sic tuis

Factis ludibrio me habuisses pessime.

SEP. O scelera! in cruciatum illum hinc jam jube abripi.

Jos. In cruciatum hera! quodnam obsecro obficius? SEP. Rogas?

O impudentem, atq; effrontem mastigiam!

Vide num ejus color pudoris signum usquam indicet? Jos. Qui non

Deliquit, eum oportet pro se intrepidè ac confidenter loqui;

Nocenti vertitur color. (nit?

SEP. V& mibi, etiam ultro nos ludificatum adve-

*Cupio misera me in hac re jam defungier.*

*An verò huic credendum marite?* **Po.** Hem,  
Syre, tibi

**Dico** Syre. **Jos.** Audi. **Po.** Verbum si addideris. **Sy.** Quid est

*quod me facere jubes Domine?* **Po.** Hinc illum  
abripe *(impudens?)*

*quantum potes.* **Jos.** Quid feci? **SEP.** Percontaris  
**Po.** Atque in carcerem protrudito. Quid stas  
stipes? rape,

Et vincitum fac cures asservandum sedulò.

**Jos.** O me infelicem! **Po.** Age, jam efficiam ut  
intelligas,

Illum lenem, atque clementem dominum tua  
Culpa tibi factum esse acerrimum. **SEP.** Eja sic  
debet.

**Po.** Eamus nunc intro, ibi quo pacto porro sit  
Plectendus, consilium capiam una tecum. **SEP.**  
*I præ, sequor.*

### ACTUS III. SCENA I.

**JOSÉPHUS, BLEPHARO.**

*Senarij Jambici, admissis aliquot septenarijs.*

**N**Æ mihi multa infelicitèr accidunt: atque hęc  
Nulla mea culpa, namque id quidem scio,  
Me sedulò semper cavisse, ne meritò  
A quoquam incusari possem. Itaque in his meis  
Ærumnis, & diversis casibus, animus  
Nullius culpæ, aut criminis sibi conscius,  
Abundè me consolatur. **Quin & Deum**

Me aliquando respectum confido, atque ex  
his malis

Exemptum propediem: quemadmodum sua  
Me benevolentia est tutatus hactenus.

Incommode quidem istud infortunium mihi  
Evenit, fateor: & nihil cum meruisse mali,  
Comprehensus, atq; detrusus sum in carcerem,  
Honore, in quo tum eram, spoliatus maximo.

Sed hoc tamen in his miseriis, & calamitatibus  
Meis, feliciter sanè, atque commode  
Mihi cessit, quod carceris præfectus innocentiae  
Meæ, ut opinor, misertus, singulari benevo-  
lentia

(suum.)

Me prosequatur: nec secus quam fratrem amet  
Hinc itaq; me jam pridem exutum vinculis,  
Tristiq; eductum ergastulo, captivis cæteris  
Custodiendis præfecit. summum pretium  
Quod habuit persolvit mihi. Sed ipsus, de quo  
loquor,

Foras egreditur, maneo, ut quem querat, quid-  
ve velit audiam.

BLE. *Dij immortales, quam fluxa atq; brevis est  
mortalia*

*Felicitas: quam incerta sunt fortune commoda!*  
Atq; isthoc nunc propterea succurrit mihi:  
Hebreus iste Josephus, quem honoribus  
Non ita pridem amplissimis ornatum vidimus,  
Et cui tota Potipharis parebat domus,  
Nunc misere hic apud me, atq; in luctu etatem  
exigit,

Quapropter omnes, cum secunda res sunt, maxime

Meditari secum oportet, quo pacto adversam aerumnam ferant.

Infamiam, pericula, damna, exilia, carcerem.

Communia esse hæc, fieri posse ut ne quid animo sit novum:

Quicquid præter spem eveniat, omne id depudare esse in lucro.

Quod quidem sapienter hic, atq; optime mihi  
Fecisse videtur, qui tantam rerum cōmutationem  
Tam patienter ferat, at ecum ipsum adesse conspicor.

Ob, ut gaudeo, ubi prisci istius saeculi  
Reliquias etiamnum nobis superesse video, vir est

Antiqua pol virtute, probitate, ac fide:

Frugi, pudicus, continens, prudentia,  
Consilioq; valens plurimum: ad hæc in somniis

Interpretandis multo felicissimus.

Quod in pistorie, pincernaq; regio

Nuper declaravit fatis. Accedam propius, ut colloquar.

Josephe, quo pacto se res habent intus? satin?  
Salva omnia? Jos. Omnia here. BLEP. Vide dum  
fodes ut modo,

Qui adducti sunt captivi, adserventur sedulò.

Jos. Dabo equidem operam. BLE. Credo, sed est  
quod te rogem,

Et quod agam tecum familiarius, At verum  
mihi

*Dici volo.* Jos. Oh here, mentiri non est meum.

BLE. *Scio, sed dic mihi serio amabo: num tibi  
Molesta est hæc fortunæ commutatio?*

Jos. Ah, rogitas? homo sum, humani nihil à me  
alienum puto.

BLE. *Vetus dictum est, ubi non sis, qui fueris, non  
est cur velis*

*Vivere.* Jos. Dicí quidem illud audívī sæpissimè;  
Sed nunquam tamen, uti probaram, animum  
potui inducere.

Neq; id à viro constante, sed ab homine aliquo  
Molli, atque animum despondente profectū ar-  
bitror.

Gravis quidem meus hic visus est casus;  
Haud inficiar; sed non adeo, ut ob id ex vita  
Mihi migrandum putarem: multò rectius  
Eos existimare credo, qui præter culpam nihil  
Homini horibile, nihil pertimescendum putant.  
*Mortalium res, here, variae, ac mutabiles*  
*Sunt; etuatio quodam cursu modo huc,*  
Modò illuc fluctuant: cui nos omnibus  
Remis, velisq; ut ajunt, obluctari convenit.  
Tum in omnibus infortuniis & casibus,  
Quibus hominum vita est subjecta, conscientia  
Rectæ voluntatis solatium adfert maximum.  
Quando ita evenire videmus sæpius, ut malum  
Præter meritum qui ferat, idem post fruatur  
Bono. BLE. *Verè quidem tu isthæc, atq; sapien-  
ter omnia.*

*Et verbis pol vix possem consequi, quantopere  
me hæc*

*Tua tam cordata oblectaverit oratio.*

*Sed nunc, ut est diei tempus, quid captivi agant  
Revise, & quæ opus erunt præbe, ego mox te se-  
quar. Jos. Fict.*

### ACTUS III. SCENA II.

#### B L E P H A R O.

*Jambici octonarij & septenarij adjunctis pau-  
cis senarijs.*

**H**ominem prudentiorem pol in vita vidi ne-  
(minem:

Neque qui secunda modestius, neque adversa  
patientius (pud

Ferat: itaq; crimen illud cuius illum Sephira a-  
Maritum insimulavit, falsum, confitumque  
esse existimo.

Nam eo mihi videtur esse ingenio præditus,  
Ea indole, atque moribus, ut nihil istiusmodi

Quisquam temerè de illo suspicari debeat.

Pudicus est, verecundus, modestus, continens:

Virtutibus præterea ornatus omnibus.

Porro in gerendis rebus adeo felix, ut Deos

Ipsos sui consilii adjutores, sibique propitios

Habere videatur. Quare ex his calamitatibus,

Et ærumnis suis, ad dignitatem pristinam,

Aut ea etiam majorem propediem illum emer-  
surum arbitror.

Idque adeo jam pridem effectum fuisset, nisi  
Lyconides Regis

Regis pocillator, dulci fortuna ebrius,  
Officii planè immemor esset sui, adeoque hoc  
tempore

Quo de interpretando regis somnio,  
Inter cunctos totius Ægypti disceptatur sophos,  
Quod hic illi explicaret felicissime.

Sed ita herclè se res habet, uti vulgo dici solet:  
Si quid benefacias, levior pluma est gratia: at-  
que eò

Res rediit, ut amici nulli sint infelibus.

Nam quo se fortuna, eodem quoque hominum  
favor

Inclinare consuevit. Sed quisnam est ille, quem  
Ex aula huc accendentem conspicio procul?

Lyconides est, de quo loquor: illum hic operi-  
ar, ut

Quid velit, aut quem quærat, quove eat, intelligā.

### ACTUS III. SCENA III.

LYCONIDES, BLEPHARO, JOSEPHUS.

*Ejusdem generis.*

TAndem advenisse tempus gaudeo, quo gra-  
tiam

Relaturum me sperem Josepho, optimè herculè  
De me pridem merito. Nam si est, ut ille somni-  
Hoc regi interpreterur ex sententia, (um  
In quo explicando omnes nostri vates, omnes  
hærent magi: (ram,

Promitto illi ex eo nobilitatem, & rem nascitu-  
Et gloriam. Sed ecum Blepharonem: commodè

Profectò atq; adeo opportunè. BLE. Me nominat,  
 Accedam, & compellabo. Eho Lyconide,  
 Quopacto se res habent in aula? quidq; agunt  
 Sapientes nostri? jamne regi somnium  
 Enucleaverunt suum? Lyc. Minimè. BL. Quid  
 ita? cedo.

Lyc. Rem difficilem, intricatam, & inexplica-  
 bilem (rantibus,

Esse uno ore omnes asserunt. Itaque illis despe-  
 Ac rege irato, perturbatoque admodum,  
 Tandem Josephi in mentem venit mihi.

Narro quo pacto somnia ille nostra in carcere  
 Aliquando interpretatus sit nobis: adhæc alia  
 Per multa, quæ nunc non est narrandi locus.

Qua oratione commotus rex, ad se protinus  
 Eum ut adducam præcipit, BL. O factum bene!  
 Beasti: nam illi faveo homini. neq; dubito,  
 Quin regi abundè sit satis facturus: nihil enim  
 Illo solertius, nihilq; ingeniosum magis.

Lyc. Eamus ergo, & illi tam latum adferamus  
 nuncium:

BL. Heus heus Josephe, heus inquam Josephe, exi  
 protinus

Jos. quis est qui me? hem here tun' quoque hic  
 eras Lyconide?

Lyc. Eram Josephe. Eho, quopacto hic, satin'  
 ex sententia?

Jos. Nosne? ut quimus ajunt, quando ut volu-  
 mus non licet. (didi:

Lyc. Quod facturum me tibi recepi, effectum red-

Age. respira. Jos. Amo te, & non neglexisse, habeo gratiam.

Sed quid istud credam ita esse, mihi dici velim.

Lyc. Dicam. ausculta, auresque arrige.

Jos. Cessas? Lyc. Rex Pharaon te jussit ad se accessier.

Jos. Mene? quid ita, aut qua de re? Lyc. Ut somnium suum,

(ces.)

Quod vatum nostrorum nemo potest, ipsi expli-

Hanc ego dignam rem esse putavi, ubi tu nervos intendas tuos.

Ex qua tibi dignitatem, & laudem exorituram augitor.

Jos. Oh, bene, ita me Deus amet, factum: gaudeo. BL. Gaudeo

Ego quoque mi Josephe. nam hoc mihi credas velim,  
Si haec res tibi feliciter, uti spero, cesserit:

Me ex illa aegre magnam ac te voluptatem

Percepturum. Neque id quamobrem fiat scio: nisi quod tibi

Ex animo semper voluerim optimè: quodque

Honore quovis te dignum esse deputem.

Lyc. Næ tu mecum sentis Blepharo. sed eamus.  
Nam nimis

Hic cunctamur diu. Jos. Agedum, ut lubet: in  
me nihil est moræ.

Lyc. Sed heus, meliore ei, ur arbitror, veste erit  
opus,

(Offeram.)

Nisi quid dissentis Blepharo. BL. Bene mones,

Vos me hic tantisper opprimini ante ostium

Jos. O Deus,

C5

Ve-

Veluti aliás frequenter, ita & nunc mihi, ut o-  
pitulere, obsecro.

Lyc. Ita sicut, tu modò esto animo bono. Bl.

*Hem, cape,*

*Atq; indue, vilibus his abjectis vestibus.*

*Præcedite jam, ego ubi hæc auferri jussero, se-  
quar.*

*ACTUS III. SCENA IV.*

BLEPHARO, POTIPHAR, LYCONIDES.

*Ejusdem rationis.*

**H**Æc intro aufer Dromo: atq; uxori me modò  
rediturum dicio. nunc in aulam recta con-  
cedo via.

Nam scire cupio, in quæ hæc res evasura sit exitu.  
Sed est ne ille, hic qui accedit, Potiphar? is est  
Ipsius, quid hoc? solito mihi videtur tristior.  
Credo rescivisse rem, hoc male habet virum.

Pot. Discrucior animo: hoccinè de improviso  
malum.

Mihi objici tantum, ut neq; quid faciam, neque  
Quò me vertam sciam, vñ nobis infelicibus.  
Tremore membra quatuntur, animus metu  
Atque pavore obstupuit mihi: in pectore nihil  
Consilii consistere potest, vah, quomodo  
Ex hoc malo evadam, aut qua me ratione expe-  
diam, nescio.

Ble. Nil me fecellit: quod Josephus accersitus est  
In regiam, hac illum nunc cura sollicitat: hinc sibi  
Suisq; timet. Pot. Merito ego nunc ipse suc-  
censeo mihi,

*qui*

Qui cupidè in re tanta morem gessi mulierculę.  
Sed video Blepharonē, regii præfectum carceris.  
Hunc adoriar. hem Blepharo. BL. *Eho, hiccine  
eras Potiphar?*

POT. Cedo sodes, in quo loco res, ac fortunæ  
sunt meæ?

BL. *Quid ita?* POT. Rogas? Josephum ad re-  
gem accersitum esse audio.

BL. *Quid tum?* POT. Quid tum? actum est, si  
quidem illi somnium explicet.

Quod ne fiat, nimis vereor miser: adeo mens  
nescio

Quod nunc mihi præsagit infortunii.

BLE. Bono animo esto sodes, nihil periculi est:  
Nam et si hæc res illi maxime cedat feliciter,

*Quod ut fiat Deos oro? nullum tamen*

*Si hominem novi satis, hinc malum eveniet tibi.*

*Ingenio enim, atque natura placabilis*

*Est. nullius rei minùs, quam injuriæ memor,*

*Tum à cupiditate vindictæ multò alienissimus.*

POT. Scio, & tamen metuo Blepharo. Sed quid  
Lyconidem

Ex aula properè huc accedentem cōspicor? latus  
Est: mirum ille salvus est & ego planè perii.

BL. *Nihil periculi est inquam, eamus ei obviam.*

Lyc. Dii boni, boni quid porto? Sed quem nunc  
mihi

Potissimum exoptem, cui hæc narrem, dari?

POT. Audin' tu quid dicat? BLE. *Quidni audi-  
am? at tace obsecro, &*

*Quie-*

*Quietus esto.* Lyc. Sapientius ego pol hominem loqui

In vita audivi neminem. Po. Interii misere

Non possum adesse diutius. Ego me novi,

Et peccatum meum: tibi mi Blepharo

Committo vitam, ac fortunas meas. BLE. Hem,  
siccine

*Abis?* Lyc. Sed commodè, hercùs adeo in ipso tempore

Blepharonem huc venientem conspicio: nemo est quem malim omnium.

BLE. Hem, quid latus es, aut quid gestis Lyconide?

Lyc. Quid gestiam rogas? Josephus Regi insomnia est  
(deo.)

Interpretatus. BLE. Optimè hercùs factum, gau-

Lyc. At si scires quām dextrè, & quām feliciter.

Non homo mihi quidem per Jovem, sed Deus aliquis

Per illius os loqui videbatur. BL. Credo, accedo  
Sodes quānam ista fuerint somnia, nondum à me  
satis

*Intellecta hactenus.* Lyc. Imo ego te obsecro ut  
audias.

Rex septem in somnis se putabat cernere

E fluvio emergentes vaccas, habitudine

Et corporis specie, formaque præstantissimas.

Quas in lato & viridi pascentes gramine,

Totidem aliæ fœdæ, ac macilentaæ, ex eodem flu-

mine

Progressæ, consumebant, atque eo cibo

Nequa-

Nequaquam saturatae, aliud quod vorarent insuper

Jejunis per ripam quærebant faucibus.

Hic expperrectus Rex fuit. deinde cùm

Non multò pòst, rursus somno esset obrutus,

Septem spicæ longè omnium pulcherrimæ,

Ex uno culmo vītæ illi sunt enasci feliciter.

Quarum aliæ septem marcidæ, turpique uredine

Prorsus corruptæ, omnem absumebant gratiam.

Hæc cum Josepho commemorasset Rex, nihil

Ille hæsitans, aut cunctatus, salva, inquit, sit tua

Majestas, Rex invictissime. Idem per duo ista  
omnia

Deus prædixit tibi. septem enim optimæ boves,

Et totidem plenæ spicæ, septem fertiles,

Ac fœcundos præsagiunt annos: septem verd  
boves

Macilente, spicæque viciatæ uredine,

Septem alios sequuturos annos denunciant,

Quibus ingens per totum terrarum orbem  
grassabitur (ordine).

Fames. Hæc omnia procul dubio sunt eventura

Nunc igitur dispiciat tua Majestas virum

Industrium, ac sapientem, quem regni sui

Regionibus præficiat: qui feracibus

Illis septem annis congerenda curet in horrea,

quæ consequuturis septem infœcundis, atque  
sterilibus

Sint profutura, ac populo ventrem exaturatura  
famelico.

Ita sicut, ut tua Majestas laudem, atque gloriam  
Per regnum passim adipiscatur suum. BLE. Pro  
Jupiter

*Quam ego novam rem audio? Lyc.* Admirari o-  
mnes qui aderant, sapientiam  
Hominis prædicare, evchere laudibus.  
quid multa? Rex tandem, consilium, inquit, tuū  
Probo Josephe atque adeo tu ille eris, cui  
Hanc committam provinciam, admirabilem  
Enim, ac divinam in te mihi videor animadver-  
tere

(teros.

Prudentiam, quā homines facile antecellis cæ-  
BLE. O factum bene! beasti, rape me sodes intro-  
ut hoc

*Illi gratulemur tantum, tamq; insperatum bonū.*

#### ACTUS IV. SCENA I.

JACOBUS, RUBEN, JUDAS, cum reliquis fra-  
tribus, excepto BENJAMINE.

*Senarij, & septenarij Jambici.*

A Ut ego profectò ingenio egregiè ad miseriam  
Natus sum, aut illud falsum est, vulgò quod  
dici solet:

*Diem adimere ægritudinem hominibus: nam mihi  
Quidem de filio, ante multos annos mortuo,  
Quotidie magis augetur, ac gliscit dolor.  
Et quantò illo diutius careo, tantò magis  
Cupio, tantoq; eum desidero magis. (ves  
Ad hunc animi mei mœrorē, & cruciatus gra-  
Hoc insuper nunc accedit malum, durissima*

Quod

Quòd jam pridem miserè nos urget, ac premit  
Fames: quà pereundum nobis erit brevi,  
Si quidem spes, quæ de Ægypto allata est, nos  
fefellerit.

Namq; illic frumentum venale esse audio.  
Quapropter filiis decem negotium dedi,  
Ut ad iter se parent, quantum possunt: & abs-  
que ulla

Isthuc proficiscantur mora. Sed egressos eos  
Huc ad me accedere video, probè admodum, ut  
Apparet, ad viam instructos. Rub. *Pater ad-*  
*sumus,*

*Tua ut jussa exequamur sedulò.* Jac. Bene  
Facitis, & veluti vos decet,  
Cùm istud quod postulo, impetro cum gratia. at  
Videte, ut rem recta aggrediamini via.

JUD. *Quo pacto?* Jac. Dicam, neque pecuniæ, ne-  
que sumptibus

Ut parcatis: dum, quo ventrem famelicum  
Exaturemus, modò referatis nobis: nam pe-  
cuniæ

Jacturam ego levissimam esse judico,  
Utpote quæ facile aliunde sarciri potest,  
Verùm inedia mori, multò omnium est gra-  
vissimum.

Rub. *Est ut dicas pater: itaq; hæc res neutiquam*  
*Nobis neglectui erit.* Tu modò, nos dum absumus,  
Bono facut sis, atq; forti animo: ac Deum pre-  
ceris, ut

*Iter hoc sua nobis secundet gratia.*

JAC. Ita faciam, valete filii. JUD. Vale Pater. JAC.  
Deus

Euntibus sit vobis ac redeuntibus comes,

*ACTUS IV. SCENA II.*

JACOBUS.

*Ejusdem generis.*

O Clementissime, atque benignissime Deus,  
Quemadmodum me in miseriis & calamiti-  
tibus,

Gravibusq; periculis semper protexisti hactenus:

Ita & nunc in desperatis his rebus obsecro,

Ut opem feras mihi: meosq; filios

In Ægyptum salvos deducas, atq; postea

Impetrato frumento, absq; ullo incommodo

Reducere digneris domum.

Ad te veluti sacram ad anchoram confugio mi  
Deus,

Humana destitutus ope. quòd si tu deseris,

Actum est, nec quicquam restat nobis amplius, nisi

Ut inedia contabescamus, & fame tandem

Moriamur miseri. quo quanquam nihil homini

In hac vita evenire potest tristius:

Tamen hoc mortis genere in nostris hisce re-  
gionibus

Quotidie interire videmus plurimos.

Quod malum quæso à nobis ut avertas Deus,

quò per te servati, gratias tuæ

Clementię agamus, ac nomen celebremus tuum;

Sic tua benignitas longè commendatissima.

Evadet, si facilem, ac placabilem  
 Se erga nos immerentes, atq; indignos præbeat,  
 Nunc intrò ibo, & visam meus quid Benjamin  
 Agat, solatum, ac columen senectutis meæ.  
 Eo me oblectabo, dum abfuerint cæteri.

*ACTUS IV. SCENA III.*

JUDAS, RUBEN, cum reliquis octo fratribus,  
 DROMO, JOSEPHUS.

*Senarij, septenarij & octonarij Jambici.*

**I**N Ægyptum tandem nos pervenisse gaudeo:  
 Nam de via sum defatigatus frātres. RUB. Vix  
 quidem  
 Molestias, quanquam graves, facilè feram,  
 Si certum sit, frumentum hic esse venale; at ve-  
 reor miser, (domum  
 Ne quemadmodum accedimus, ita inanes hinc  
 Revertamur. JUD. *Bene ominare, spero adjutu-*  
*rum Dēum.*

RUB. Spero herclè ego quoque, sed spe non im-  
 pletur venter famelicus.

Sed eccum ad nos video accedentem nescio  
 Quem: hunc adoriamur, quanquam ignotum:  
*inutilis*

*Enim est homini pudor dum urget necessitas.*

Heus adolescens, quisquis es, oramus ut nobis  
 Monstres, ubi hic frumentum sit venale. DRO.  
*Sequimini*

*Huc me viri, deducam vos, at commodè  
 Ipsam principem foras egressum conspicor.*

D

RUB.

RUB. Hem, ad genua illi omnes accidamus sup-  
plices.

JOS. Cujates estis, & quibus nati parentibus?  
Aut cur vos in nostris his conspicio regionibus?

JUD. Quæso ut nobis liceat princeps honoratissime,  
Tua quod frat pace, exponere quæ à patre

In mandatis habemus: teg̃ convenire, & colloqui.

JOS. Loquimini, at hoc prædico vobis, vera mi-  
hi dici volo: (sumus)

Mendaces odi pessimé. RUB. Ex Cananæa missi  
Huc à patre emptum frumentum: cuius penuria  
Mortales passim ibi moriuntur plurimi.

JOS. Vah, exploratores estis, mentimini.  
Non emptum frumentum, ast infirmiora terræ  
Ægyptiæ (sumus,

Exploratum venistis. JUD. Domine, eo genere nati  
Ut ab illo crimine, cuius à te arguimur, oporteat  
Nos esse alienissimos. JOS. Abite hinc quo digni  
estis,

Cum isthac vestra magnificentia. Etiam nunc  
creditis

Vos ignorarier? Ego meum jus prosequar: neque  
Verbis vos unquam solvetis, quod re male  
Fecistis nobis, est ubi vos ulciscar locus.

RUB. Hoc Domine æquum est ut tecum cogites,  
quām vos facillimè

Agitis, & quām estis maximi, potentes, nobiles,  
Fortunati atq; divites: tam æquo animo noscere  
Id quod justum & vos decet. amici, non hostes su-  
JOS. Apagite: ego jam faxo, ut amici, parū (mus.

Ami-

Amicè excipiamini. Ubivis faciliùs passus sim,  
quam in hac (si quid est)  
Re me deludier. Jud. *Jurandum dabimus, aut*  
*Aliud, quod jure jurando arbitrare firmius,*  
*Nos ob nullam aliam causam venisse huc, quam*  
*diximus.* (improbis)

Jos. Injuratis ego probis, at ne juratis quidem  
Credere soleo. Nam quod modo dixi, idem nunc  
dico denuo, (juriam)

Exploratores estis: qui non solùm indignè in-  
Facitis nobis, verùm aliis quoque quotidie con-  
fluentibus (rogat)

Huc undique hospitibus, quibus fidem vestra ab-  
Perfidia, dum ex vobis illorum ingenia metimur.

Rub. *Haud istud dicas, si cognoris vel nos, vel ge-*  
*nus nostrum.*

*Nos duodecim fratres sumus, eodem patre*  
*Nati in Cananæa, quorum natu minimum pater*  
*Apud se detinet domi: unas autem ante*  
*Aliquot interiit annos.* Jos. Falsa sunt quæ ad-  
fertis omnia. (perfidi).

Atque ideo ego sic vos exercebo, ut meriti estis  
Nā ita nobis Pharao incolumis, ac salvus sit diu,  
Ut vos abire hinc non sinam priùs, quam cum  
Natu minimum, domi quem apud patrem esse  
dicitis,

Ad me huc venisse videro. Itaque mittite  
Isthic aliquem ex vobis, qui huc illum accersat:  
cæteri hic

Interea asservabimini in vinculis, donec

Verum an falso sit quod dicitis, cognovero.

JUD. *Injurium id quidem est.* JOS. *Quid audio?*  
an vobis injurium

Videtur ulcisci adversarios? & qua via (tibi  
Nos captant illi, eadem ipsos capi? Heus Dromo,  
Dico Dromo. DRO. *Adsum Domine.* JOS. Hos o-  
mnes intro rape:

Et vinculis constricti cura ut asserventur sedulò.  
RUB. *Vae nobis infelibus. Itane fieri decet?*

JOS. Abducito inquam, quid cunctaris furcifer?

#### ACTUS IV. SCENA IV.

JOSEPHUS, DROMO, SIMEON, RUBEN.  
cum reliquis fratribus.  
*Eiusdem generis versus.*

DEUM immortalem, vix me represso, & gaudio  
Lacrymæ ex oculis erumpunt. Nunc eveni-  
se video,

Quod in somnis olim deus futurū prædictit mihi.  
Nimirum omnes fratres mihi supplices fore, &  
Veneraturos potestatē meam. Pape, vix sum apud  
Me, ita animus est commotus hoc tanto, atq; tam  
Repentino bono. Sed quid faciam? sinam  
Eos uti maleficos detineri in vinculis?  
Deus istud prohibeat: nam quanquā de me haud  
meriti sunt bene,

Tamen me fratum misereri, atq; injuriæ  
Oblivisci decet. Nunc itaque eos ad me  
Revocari mandabo. Heus Dromo, prodi Dromo.

DRO. *Quis est, qui me?*

HOM. Domine, præsto sum, imperasti quid vis, ac fa-  
ctum puta. JOS.

Jos. Viros istos decē, meo quos jussu in cārcerē  
 Modò conclusisti, compedibus solutis huc redu-  
 eito ad (matura reditum).

Me. DRO. *Faciām sedulō.* Jos. Propera, atque  
 O admirandum minimeq; expectatum prodigi-  
 um! quis hoc (olim fui

Eventurum dixisset unquam, ut fratres, quibus  
 Invisus, & qui preditum me, omnibus modis  
 De medio sublatum volebant, tandem prostratos  
 mihi (gno metu, ac

Ad genua viderem supplices, & imperium ma-  
 Tremore reverentes meum? sed crepuit ostium,  
 Comprimenda vox est. DRO. *Ecce omnes redu-  
 ctos,*

*Vti jussisti domine.* Jos. Bene fecisti, accedite huc  
 Propiūs ad me viri. Etsi scio meum esse jus,  
 Ut vos in carcere multum diuque cruciatos, ta-  
 bescere

Sinam, propterea quod vestra meritò mihi  
 Suspecta est fides: tamen clementiæ meæ  
 Pristinæ memor, salvos hinc vos dimittam:  
 Et frumentum quod petitis, dabitur vobis. Ast ea  
 Conditione, atque lege, ut unus vestrum in vin-  
 culis (quem domi

Hic tantisper detineatur, donec fratrem illum,  
 Superesse apud patrem vobis natu minimum  
 modo (quæ

Commemorabatis, huc ad me deduxeritis. Ita  
 Dixistis vera an falsa sint, facile cognoscam. At-  
 que adeo is est

Mihi quem servari volo. Comprehende eum  
Dromo, & coram ligatum in carcerem reducito.  
Tum mox redi, plura habeo quæ mandem. DR.

*Faciam herculè sedulo.*

SIM. Eheu siccine me à vobis fratres distrabi,  
Jos. Vos facite, ut jussi, si fratribus vobis cordi est  
salus. (ter ceteros)

RUB. Volumus quidem Domine, verum quia pre-  
Ille patri charus est, ut ipsum dimittat metuo  
miser. (in carcere)

Nam quid tandem illi credis fore animi, ubi hunc  
Hic asservari Galerum, quo in vita ei nihil  
Est dulcior, eodem mittendum esse intellexerit.

JOS. Faciat quod præcepi, si quidem hunc sal-  
vum velit. (tur)

Ite uinc intro, ibi frumentum famuli admetien-  
Vobis. DRO. Redeo Domine, si quid est quod am-  
plius velis. (optimum ut)

Paratus sum, impera. JOS. Sequere intro illos, atq;  
Accipient, cura triticum: & pecunia in  
Sacco cuiq; ut reponatur suo. Atq; audin', viaticū  
Quoque illis suppeditari volo. DRO. Cumabitur.  
JOS. Ex beneficiis, quæ plurima in me contulisti  
mi Deus,

Hoc nequaquam minimum est, quod fratres  
tanto temporis (meum, ex)

Intervallo non visos, in conspectum adduxisti  
Quibus patrem, quo nihil est charius mihi,  
Etiam nunc vivere, & salvum esse intelligo.

Qui nuncius mihi quidem multò omnium est  
gratissimus. Quod

Quòd si hoc quoque largiaris, ut præsens eum  
Præsentem intuear, atque amplectar, nihil erit  
Quod expetendum, aut optandum videatur am-  
plius.

Id ut eveniat, oro atque obsecro te Deus. & fiet  
nisi (at fores

Fallor, adeo animus mīhi nunc gestit gaudio.  
Crepueri, & video prodeuentes. hac intro con-  
cessero.

#### *ACTUS IV. SCENA V.*

ISACHAR, JUDAS, RUBEN, cum reliquis fratribus:  
*Ejusdem generis versus.*

**O** Nos infelices, qui fratre hic detento domum  
Remittimur! Jud. Gaudet equidem pater,  
Ilbi nos onustos frumento rediisse viderit:  
At Simeō quòd non redeat unā, hoc agrè erit viro  
Isa. Credo. sed quod sors fert, a quo animo est fe-  
rendum. (enter; at utinam

Rub. Bene tu quidem istud dicis frater, & sapi-  
Nostra culpa hoc nobis non eveniret infortuniū.  
Isa. Quid ita? Rub. Rogas? cùm tam impii fa-  
cinoris nobis consciī

Simus. fratremq; ipsi perdiderimus, ac patrem  
Mendacio illusum, in luctū conjecerimus gravē,  
Malo quidem nos quovis dignos deputem.

Jud. Est ut dicas: nam eam ob causam hæc nunc  
nobis accidunt. (scelus.

Deus admissum in fratrem innocentem ulciscitur

Rub. Verissimū istud esse, nos nunc ipsa res docet.

Et tamen hic quoq; manifestò ejus cognoscimus

Clementiā, qui nos non passus est affligi longius.  
Hinc itaq; bona spes habet animū meum, fratre  
Quoq; brevi è carcere liberatum iri. ISA. Id cer-  
tè non arbitror (ceps viderit.)

Futurum, nisi Beniaminem ad se adductum prin-  
JUD. Hoc igitur restat, ut patrem exoremus: quod  
quidem

Nobis erit faētu difficile, quòd eum præter cæteros  
Amet: tamen pro uiribus adnitetur. Sed satis  
Hic cessatum est, pergamus. ISA. Agedum, præce-  
de, sequimur.

#### ACTUS IV. SCENA VI.

BENIAMIN, JACOBUS, JUDAS, RUBEN, cum reli-  
qnis fratribus.

Ejusdem generis.

**N**Ihil adhuc est profetò quod timeas pater,  
Haudquaquam etiam cessant, & illos simul o-  
mnes hic propediem

Credo ad futuros: proin' tu sollicitudinem  
Istam, que te excruciat, omittas obsecro. JAC. Si  
nihil

Esset mali, jam dudum venissent. BEN. Brevi  
Aderunt, tu modò fac tranquillo sis animo. JAC.  
Quando isthuc erit? (Cogito id

BEN. Non cogitas hinc longius abesse pater? JAC.

Quidem: sed quò diutius

Absunt, hoc sollicitudo in me augetur magis.

BEN. Quin dicam quod libenter audias pater.

JAC. Quid fili. BE. Nisi me animus fallit, hodie tuos  
Reversos intuebere filios. JAC. Faxit Deus,

Ut

Ut verū sit quod prædicas. Nunc subsistamus hic  
 Paulisper pro foribus. JUD. *Quid istud obsecro*  
*Sibi velle dicemus fratres, pecuniam mihi*  
*In sacco restitutam quod reperiebam modo?*  
 RUB. Ego certe nescio: & monstri simile mihi  
 Videtur: Tum quò res hæc nobis evasura sit  
 Timeo miser. Sed properemus, parum est quod  
 nunc restat viæ. (taris Benjamin:

JAC. Tu ut animo sim bono, atq; forti me exhorta  
 Et bene facis, atq; ut te decet. attamen quietus ut  
 Sim, efficere non potes: adeo impendere quid  
 Tristius nunc auguratur mens mihi.

BEN. *Pater respira sodes: nam video huc procul*  
*Adventantes nescio quos: & nisi oculi ballucinantur,* gius

*Tui sunt filij, fratresque mei, videsne?* JAC. longum  
 Est intervallum, quām ut oculorum aspectus af-  
 sequatur. BEN. Oh, (audio?)

*Intende sodes acrius visum: ipsi sunt.* JAC. Quid  
 Video & ego quosdam huc accedentes, at qui  
 sint, nondum satis

Possum cognoscere. BEN. Poteris statim, ubi pro-  
 prius accesserint.

JUD. Tandem nos Cananæam ingressos gaudeo.  
 Molestum enim hoc iter, atq; longum me defec-  
 sum reddidit. (lum)

RUB. Mihi quoque longius si sit eundum, pericu-  
 Esset, ne in media anhelus deficerem via.

BEN. Nihil me oculi sefellerunt pater: ipsi sunt:  
 viden?

JAC. Oh, nunc demum illos & video & valeo fili.  
obviām

Eis procedamus. BEN. *Tum frumentum secum adferunt.*

JAC. Bene hercle factum, gaudeo. JUD. *Sed ecum occurrentem patrem.*

JAC. Hem filii, vester redditus est mihi gratissimus:  
Eoq; magis, quod non frustra vos isthuc cōspicor  
Profectos. Sed ubi est frater Simeon? hem, quid  
tacetis? RUB. In

Ægypto est detenus, pater. JAC. Hei misero mihi.  
Quodnam ob facinus? cedo. RUB. Exploratores  
nos esse dicebat

Præses: & ideo comprehensi, conjectique in car-  
cerem,

De vita omnes periclitabamur. dein,  
Cùm unius viri nos esse diceremus filios,  
Duodecim numero: unum interisse, minimum  
Autem in Cananæa esse apud patrem: neque  
Exploratores, sed bonos, bonis prognatos: nos ea  
Tandem dimisit conditione, ut tantisper Simeon  
Istic maneret, donec Benjaminem cerneret  
Ad sc adductum: neque enim aliter nostris ver-  
bis fidem

Futuram. JAC. Eheu, nimio istud frumentum  
constat mihi.

Cur non fame perii potius? O miseriam!

Quàm subito in luctum hoc mihi mutatum est  
gaudium!

## ACTUS V. SCENA I.

JACOBUS, RUBEN, JUDAS, cum reliquis  
fratribus.

Ejusdem rationis.

**N**Emini ego plura tristia, atq; acerba ex liberis  
Unquam homini existimo esse oblata, quam  
mihi.

Josephus, quem unicè præ reliquis omnibus  
Amabam, jampridem à feris dilaniatus periit.  
Simeon inclusus carceri, in Ægypto miserrimam  
Agit vitam. Nunc insuper ut Benjaminem sinam  
Vobiscum isthuc proficisci, idne estis auctores  
mihi?

RUB. Pater quādo isthuc fieri quod vis, non potes:  
Velis id quod possit. JAC. Interii infelix: siccine  
Me opera vestra nunc miserum solicitarier?  
JUD. Ah, ne te discrucies oro. Quin potius ita te  
compara,

Ut istam ex animo amoveas ægritudinem:  
Quām id loquare, quo frustm dolor magis  
Incendatur tuus. Pejore res loco haud potest  
Esse, quam in quo nunc sita est. Nā frumenti nihil  
Iam nobis reliquum est. Quare sine te exoremus  
pater. (est

JAC. Quidvis malim, quam eo carere, qui unicum  
Solamen, atque præsidium senectuti meæ.

RUB. Si certum est tibi sic facere. nihil restat, nisi  
Ult illic Simeon squalore, ac pædore carceris,  
Et nos hic omnes misere intereamus fame.

JAC. Ah, quantis in malis versor: quantasq; soli-  
citudines,

Et curas vestris consiliis confecisti mihi :  
 Qui fratrem etiam alium vobis superstitem  
 Hic esse dixisti. JUD. Quid faceremus pater?  
*Mentiri, aut fallere in tanto periculo*  
*Minime tutum videbatur nobis.* JAC. Neque  
 Mihi tutum videtur, hinc in Ægyptum procul  
 Dimittere filium. JUD. Age pater, exorari te per-  
 mittito?

Ego hoc tibi fide recipio optima, me eum *huc*  
*Reducturum propediem. quod nisi fecero,*  
*Reposcito illum à me. Nam ita me Deus amet, haud*  
*tibi* (magis velis,  
*Hoc concedo, et si ei pater es, ut tu illum salvum*  
*Quam ego. Quapropter hoc mihi credas velim:*  
*Quidvis faciam, atq; tolerabo potius, quam te hic*  
*sefellerero.*

JAC. Ah, eò me redigitis, ut quid acturus sim i-  
 gnorem miser... .

JUD. Quid aliud obsecro, nisi quod suadet neceſ-  
 sitas, (auribus  
*Durum, ut ajunt, telum?* JAC. Hei mihi ! lupum  
 Teneo. RUB. Mitte sodes, tergiversari pater:  
*Quandoquidem res in eum jam devenit locū, ut*  
*Te id facere sit neceſſe.* JAC. Vis quidem hæc est,  
 quæ adhibetur mihi.

Agite, proficisci mini. Omnis jacienda est alea.

JUD. Bene

Facis, JAC. Eamus nunc intro; ibi quæ parato opus  
 Erunt ad iter, parabitis. RUB. Age ut lubet. I præ,  
 sequimur, pater.

## ACTUS V. SCENA II.

JOSEPHUS, LEONIDES.

Jambici Senarij, &amp; septenarij.

**A**Desdum paucis te volo Leonide. LEO. *Dic̄tum puta,*

*Nempe ut curentur recte hæc.* Jos. Imo aliud. LEO.

*Quid est?*

*Quod nunc à me præstari hoc posset amplius?*

Jos. Dicam, ausculta, Adolescentem istum tibi creditum

Fac ut cures diligenter. Scin' de quo loquor?

Hebræum istum dico, quem tibi servandum tradi.

(mnia,

LEO, *Scio here, benignius illi pol præbentur o-*

*Quām si domi sit suæ.* Jos. Ita quidem jubeo, atque postulo, nempe ne

*Quid illi deesse patiare: & cùm vos saturi eritis,*  
Ille etiam ut sit satur videatis sedulò.

*Quin vinculis quoq;*, ut tibi præcepi antea, nullis eum

Onerari volo. LEO. *Memini.* Jos. I nunc intro: in regiam,

*Quò sum vocatus, ego hinc concedo, mox rediturus, ut arbitrör.*

Jamne abiit ille, dicere hic quidvis licet?

Enimverò aut malè mens hariolatur mihi, (ut

Aut fratres luc reversuri sunt propediem. Quod

Fiat, orate, atq; obtestor mi Deus.

Tum ut Benjaminem præsentem præsens conspicer,

Obvi-

Obviisq; ulnis amplectar, atque exosculer:  
Quò gratius hoc tempore mihi accidere posset  
nihil.

## ACTUS V. SCENA III.

LEONIDES, JOSEPHUS,  
Ejusdem generis versus.

REVERTOR, postquam quæ curanda erant, effecta  
sunt

Intus. Satis pol mirari nequeo: neque

Quid dicam, aut conjectem, aut quid suspicer scio,  
Quod de Hebreo isto juvenerat sollicitus sit meus  
Dominus: nisi istud est fortasse, quia Hebreus  
quoque

Ipse est, suum municipem nolit trahari inhumanius.

Et ob id etiam ejus fratres, quos in carcerem,  
Quia exploratores videbantur, conjecterat,  
Non solum solui continuò præcepit vinculis,  
Ac liberos dimisit: sed pro frumento pecuniam  
Quam numerarant, illis in sacris abditam  
Clam, voluit restituī omnibus, viaticum insuper  
Abeuntibus benignè suppeditarier.

Porro autem cur alium istum fratrem, quē domi  
Sibi apud patrem superesse dicebant, ad se quoq;  
huc

Venire velit, non herclē intelligo. Sed ecum ē  
Procul redeuntem conspicio. Hui, tam cito!  
Hic paulisper dum accedat, opperiar ante ostium.  
Jos. Celerius me expedivi, quandoquidem est  
quod agam domi.

Sed

Sed video pro foribus stantem Leonidem :  
 Me præstolatur, ut arbitror. LEO. *Salve domine,*  
 Jos. Leonide, salve, nulline advenerunt hospites,  
 Rogatum frumentum? LEO. Nulli, sed venturos  
 puto

Brevi: nam in omnibus hisce vicinis regionibus  
 Magis graffari quotidie famem audio: cùm tua  
 Nos interim prudentia in rerum omnium  
 Libertate, atq; copia vivamus hic feliciter.

Jos. Ah, falleris Leonide, namq; hoc haud meæ  
 Industriæ, sed divino ascribendum est numini:  
 Unde omnia ad nos proveniunt bona: & sine  
 Quo nihil humanæ possunt, aut valent opes.

LEO. *Antiquam hercule domine tuam pietatem*  
*obtines.*

O fortunatam, felicemq; Ægyptum tali præside!  
 Sed nescio quos procul huc adventare video.  
 Mirum ni fratres sunt illius, quem haec tenus  
 Apud te hic detinuisti. Jos. Sunt? profectò sunt,  
 bene

Factum, gaudeo. sed reprimam me. Leonide,  
 Tu eos hic præstolare, atque introduc, & appara  
 Convivium. namque omnes hodie ut mecum  
 prandeant

Volo. atque audin'? fratrem ut salvum statim  
 videant. LEO. *Intelligo.*

#### ACTUS V. SCENA IV.

RUBEN, BENJAMIN, cum reliquis octo fratribus.

LEONIDES, JOSEPHUS, SIMEON.

*Ejusdem generis.*

Bono

**B**ono animo estote frattes, res opinione melius  
Succedet arbitror. BEN. *Faxit ita Deus. nego*  
*Ego tam periculi metu doleo, quam me patris*  
*Nunc miseret: qui quanto desiderio mei*  
*Teneatur scio.* RUB. Idem mihi quoque dolor est  
gravis.

BEN. *Quò propius accedimus, hoc mibi animus*  
*horrescit magis.*

RUB. Absit metus, absit animi trepidatio. Sed  
eccum, nescio

Quem ante fores præsidis stantem video, atque  
adeo, satis

Eum si novi, dispensator ipsius (ter.)

Est. accedamus ad illum, atq; appellemus comi-  
Salve vir humanissime. LEO. *Viri, gaudeo*  
*Salvos vos rediisse. accedite, meque intro sequi-*  
*mini,*

RUB. Oramus audire ut prius digneris paucula.

LEO. *Placet, loquimini.* RUB. Nuper hinc digressi  
longius

Cùm aperiremus saccos, sibi

*Quisque restitutam inveniebat pecuniam:*

Itaque & eam nunc referimus, & aliam insuper,

*Qua commeatum emamus nobis.* LEON. *Nihil*  
*est quod de eo*

*Laboretis: solutionem enim à vobis factam, mitem*

*Habeo: atq; ideo Deo vestro, haud nobis bonum*

*Hoc acceptum referre debetis. Sed ostium*

*Concrepuit, & princeps exit foras. Ego ibo in-*  
*tro, ut*

*Fratrem vestrum huc producam. vos ad eum accedite.* RUB. Rursum adsumus

Domine, ut præcepisti nobis. JOS. Bene hercule  
Fecistis, surgite, ac mittite timorem, si boni  
Estis, nihil vobis hic metuendum est mali.  
Nos enim qui constituti in imperio sumus,  
Non injuria quemquam afficere, at nostros ab  
insidiis.

Tueri, ac defendere decet. Sed quid, quod vos  
rogem? (hi?)

Vivitne pater vester de quo nuper dicebatis mi-  
RUB. Vivit Domine, atq; valet: & hec ille munera,  
Pro beneficio in nos collato, tibi mittit senex:  
Oratq; ut boni consulere, & candidum  
Donantis animum, non rerum vilitatem  
Aspicere digneris. JOS. Habeo gratiam.  
Non sunt contemnenda è longinquò missa mu-  
nera. RUB. est

Sed estne hic vester ille minimus natu frater?  
Domine. JOS. Fili, Deus tibi omnia optata ad-  
ferat.

Sed est quod agam intus, vos hic tantisper mo-  
ramini.

Jam jam revertar. LEO. Ecce vobis fratrem. RUB.  
Eho, optimè (bens?)

Hercule factum. Hem frater quam te video lu-  
SIM. Ego quoq; salvos vos rediisse gaudeo  
Fratres, tum ob id profecto multo maxime,  
Quod Benjamini etiam vos adduxisse confidicor.  
JOS. A fletu temperare non poteram diutius:

Atque ideo intro me recipiebam, ne quis la-  
chrymas

Ex oculis erumpentes cerneret mihi.

Nunc fletu represso, rursus prodeo. Leonide,

Convivium appara. vos intro me viri

Sequimini. lætum, atque hilarem hunc sume-  
mus diem.

*ACTUS V. SCENA V.*

JOSEPHUS, LEONIDES, JUDAS, RUBEN,  
cum reliquis fratribus.

*Ejusdem generis versus.*

PROBÈ, ut arbitror, nunc saturati sunt, accom-  
moda

Aurem Leonide. LEO. *Hem præstò sum domine.*  
jos. Ingressus, ad

Summum usque saccos illorum imple frumen-  
to: atque item

Ut nuper in ore facci cuique pecuniam

Suam reponito: tum autem in minimi, præter  
precium,

Quod numeravit, schyphum hunc meum aure-  
um. LEO. *Quid ita fodes*

*Domine?* jos. Non est opus prolato: quod tua  
Nihil refert, desiste percontarier.

Tu modò quod præcipio, fac cures sedulò.

Scies fortasse postea. LEO. *Fiet.* JUD. *Corpusculo*

*Jam indultum est satis: agite, surgamus, atque  
principi*

*Agamus gratias fratres.* RUB. *Rectè mones.*

JUD. *Pro isthōc tuo in nos beneficio illustrissime*

*Princ-*

*Princeps, ingentes agimus gratias. Jos. Bene  
Facitis, cùm gratos vos, officiūq; memores  
Præbetis. Ite nunc intro, ibi frumentum & alia  
quibus*

*Vobis ad iter erit opus, suppeditabuntur omnia.  
Nunquam quicquam jam diu quod magis vel-  
lem mihi*

*Evenire, evenit, quām quòd huc fratres meos  
Ad me omnes convenisse vidi. Tum autem quòd  
patrem* (dio)

*Etiamnum superesse ex illis intellexi: quem gau-  
jam délibutum reddam, ubi me & vivere, &  
Ad dignitatem maximam cognoverit  
Hic esse evectum. Nunc gratias Deo  
Ago, tempus m̄hi dari, quo fratribus  
Ostendam nihil minus amicum me esse eis,  
quām olim fui.*

*Nam quanquam, meritò cur illis succenseam,  
Causam habeo: tamen clementiæ, atq; pristinæ  
Meæ facilitatis me esse memorem decet:  
Satis jam hercle, satis durus frater fui,  
Revocatis scrupulum modò injiciam, dein'  
Continuò quis sim, palam aperiam: animum-  
que eis*

*Voluptate, atque ingenti explebo gaudio.  
Sed video redeuntem Leonidem, celare eum  
Hanc rem etiam nunc volo. LEO. Domine cu-  
rata sunt  
Quæ jussisti omnia. Jos. Quid ais? abierunt, LEO.  
Porta eos*

*Vix arbitror jam egressos.* Jos. Agedum pro-  
tinus (acriter)

Cum dromone inseguere illos, atque objurgatos  
Retrahe huc ad me: pro maximo beneficio

*Qui maximum damnum, malumque dedere mi-  
hi, aureo*

*Meo scypho clam ablato.* LEO. *Faciam herculè  
sedulò:*

*Etsi cur id (fieri) velis: non intelligo.* Jos. Tace,  
Atque propera. *Quantam illis sollicitudinem,*  
*Quantum incutiam metum!* sed non torquebo  
eos diu:

Neque possem si velim: adeo animus nunc lati-  
tia gestit mihi. (utile.)

Tamen in timore ut sint aliquantisper, erit illis  
Sed longum esse me hic illos expectare, dum  
Reducantur: concedam intro, dein' rursū exeo.

### ACTUS V. SCENA VI.

JUDAS, LEONIDES, BENJAMIN, JOSEPHUS,  
cum reliquis fratribus.

*Jambici senarij, & septenarij, admisiſtis aliquot  
octonarijs.*

*D*eo herclē magna nobis habenda est gratia,  
Cūm hæc nobis fratres evenerunt ex sentētia.

LEO. Vah, quò properatis perfidi. JUD. Ab, quid  
istud est mali?

LEO. Itane fieri oportet? resistite hem, resistite  
Inquam, atque reddite quod surripuistis nobis.

JUD. Neque

*Vobis neg̃i cuiquam aliij eripuimus quicquam,*

Vir

*Vir humanissime. perscrutare, si lubet  
Tuo arbitratu: nam alieni penes nos invenies  
nihil.*

LEO. Scelestus, quām benignē, ut ne quid abla-  
tum esse existimem.

BEN. O miseriam! quidnam vobis est ereptum? aut  
quid à nobis (pudens?

*Est commissum obsecro? LEO. Vah, percontaris im-  
Res ipsa loquitur. principis aureum scyphum  
Digressuri, clam in saccis vestris abditum,  
Abstulisti. O scelus indignissimum!*

JUD. Haud cadit in nos tanti facinoris suspicio: nā  
*Quanta hæc nostra est paupertas, attamen hoc  
curavimus*

*Unum hactenus, ut nobis esset fides. Age,  
Aperiemus saccos, siquidem in eis reconditum  
Scyphum dicis. LEO. Dico hercle: & verum, an  
falsum dixerim (bet.*

Jam apparebit. JUD. Scrutare, atq; inquire ut lu-  
si quis nostrum in eo fuerit deprehensus crimen,  
Non causam dicimus, quin mortem, quam est me-  
ritus, ferat:

*Nosque omnes servos efficite vobis. LEO. Faciam  
periculum.*

Ubi nunc sunt magnifica vestra verba perfidi?  
Ecce scyphum in sacco hujus repertum. O au-  
daciā! (ciis

O scelus animadvertisendum! siccine pro benefi-  
Nobis refertis gratiam? BEN. Eheu me miserrimi-  
num! buncine in

*Meo facco scyphum reperirier, quem ego neg<sub>3</sub>,  
Oculis confexi, neque manibus contrectavi un-  
quam!* LEO. Prô Deum

Atque hominum fidem! in ipso deprehensus cri-  
mine, (tiam!

Inficiaris factum, scelus? O ingentem confiden-  
Num cogitat quid dicat? nū culpæ pudet? at satis  
Superq̄ hic cessatū est: ad principem reverto est  
Opus: ille vos, uti meruistis, exercebit sacrilegos,  
BEN. *Væ nobis infelibus.* Jos. Reviso quām  
Mox huc retrahantur. Sed eccos. BEN. Totus

*torpeo*

*Miser, & vix me commoveo præ formidine.*

Jos. Hem pessimi, itane vos facere decet. JUD. ah  
pudet,

*Neg<sub>3</sub> quid agam, neg<sub>3</sub> quid respondeam scio.*

Jos. Eho tacetis? JUD. *Quid dicemus miseri? ser-  
vi tui*

*Omnis sumus Domine: proin' ut commodum fiet  
Ita de nobis statuas licet.* Jos. Neque faciam, neq;  
Istud satis pié me facere posse existimo.

Sed is, penes quem inventus est scyphus, mihi  
Per omnem vitam ut sit servus volo:

*Vos missos facio.* JUD. *Domine, audi obsecro pau-  
cis. Ego hunc*

*Puerum in tutelam, atq<sub>3</sub> meam fidem recepi,  
Eumque me domum reducturum pollicitus sum  
patri,*

*Cùm is nullis induci posset rationibus,  
Ut huc ipsum dimitteret; neg<sub>3</sub> nos sine*

*Eo ad te ullo modo redire auderemus. Itaq;<sub>z</sub>  
 Quodvis supplicium, atq;<sub>z</sub> adeo mortem pati  
 Malim, quam ut, illo hic detento, domum rever-  
 sus,*

*Animi mærore, atq;<sub>z</sub> ægritudine contabescere  
 Miserum videam patrem: tristemq;<sub>z</sub> interitum ei  
 Mea adferam perfidia. Quapropter tibi  
 Nunc me totum trado, utere ut lubet, nihil  
 Detrecto, ne mortem quidem: huicmodò tua  
 Pace ad patrem liceat redire suum. Jos. Concedite  
 Vos intro: est quod cum illis agam secretius.  
 Deum immortalem! non me contineo amplius.  
 Jamne erumpere hoc mihi gaudium, jamne ex-  
 clamare*

*Licet? Enimvero diutius tacere  
 Jam nequeo: nam cogit me amor, atque miseri-  
 cordia, ut,*

*Quod hactenus vos celandum putavi, proloquar.  
 Ego sum Josephus, frater vester: dicite  
 Sodes, vivitne pater meus? meus pater  
 Jacobus vivit? Oh, respirate, ac bono  
 Estote animo fratres. Teneone te mi Benjamin?  
 Mi germane? quem ut viderem, exoptavi ha-  
 ctenus,*

*Oh, surgite sodes, atque animum recipite ob-  
 secro.*

*Jud. Væ nobis, qui tantum perpetravimus scelus.  
 Jos. Divino id accidisse consilio arbitror,  
 Ut hic apud me egestati vestræ paratam opem,  
 Et præsidium haberetis. Ah, ut nunc etiam timent*

Miseri! confidite inquam: idem mihi animus est  
Erga vos, atque olim fuit. Eho, accede frater  
Benjamin:

Accedite reliqui, ut vos amplector lubens? JUD.  
Peccavimus.

Frater: dignique sumus, quos supplicio affigas  
gravissimo.

Jos. Neque vos affligo, neque id me facere fas  
existimo.

Quin vos amo, ac propterea vestra mihi curæ est  
salus.

JUD. Ita promerentes nos ames velim, dum vivas  
frater, ut

Nos hoc delictum admisisse in nos, id nobis doles  
Vehementer, & nos nostræ impietatis pudet.

Nunc te obsecramus, ut quanto tuus animus est  
Innocentior, ad ignoscendum tanto sit proclivior.

Jos. Jamdudum ipsa res induxit vos in gratiam.

BEN. Hoccine

Est esse fratrem? ô mi Josephe, ô mi germane, baud  
ausim in os

Te coram laudare amplius: ne assentandi causa  
magis

Id, quam quod babeam gratum, me facere putas.

Jos. Valeant istæc, nunc ad patrem recta rever-  
timini via,

Eisque me vivere, & ad honorem maximum hic  
Divina munificentia sublatum dicite.

Et quia quinque etiam nunc restant anni, qui-  
bus,

Hæc

Hæc præsens grassari non desinet famæ,  
Me cupere, ut cum omni familia, & stirpe uni-  
versa, protinus

Huc ad me commigret. Quæ possideo me ei  
Impartiturum, & vobiscum communicaturum  
omnia.

BEN. O fratrem humanissimum! Deus me oderit,  
Nisi magis te quam hos oculos amo meos.

JUD. Agite, quid cunctamur? properemus, ut pa-  
tri

Hoc tam admirandum nunciemus gaudium. JOS.  
Valete

Fratres, OM. FRA. Vale frater charissime.

### ACTUS V. SCENA VII.

RUBEN, BENJAMIN, Judas, cum reliquis  
fratribus.

Ejusdem rationis.

Quàm exoptatos, gratosq; nos venturos creditis  
Patri, qui tantum, tamq; inexpectarum ap-  
portamus bonum!

BEN. Lacrymabit, sat scio, præ gaudio. JUD. Deū  
Immortalem! næ nos hominū qui vivunt sumus  
Fortunatissimi, tam clementi, ac pio  
Fratre? in quem animo tam iniquo quondam  
fuimus, &

Quem tam indignis, tamque miseric tractavi-  
mus modis?

Si nos multum diuque cruciatos, morte atrocif-  
sima,

Trucidari iussisset, nōne dignū nostris sceleribus  
 Retulisset præmium? Nunc contrā bone Deus,  
 Qua facilitate, qua in nos est usus clementia?  
 Atq; adeò magnā iniecit nobis cōmoditate sua,  
 Atq; sapientia curam, quā nos terreret ad tēpus:  
 Ut posteā majori omnes frueremur gaudio. hic-  
 cine

Obsecro non amandus? hiccine non gestandus in  
 sinu? Rub. O

Inauditum exemplum benignitatis! O nunquam  
 satis

Laudandam humanitatem! Jud. Nihil herculē  
 novi

Fecit fratres: qualis quondam fuit puer,  
 Talem & nunc sese præstítit nobis. Profecto dī-  
 gnus est

Illis, ad quos enectus est, honoribus.

Rub. Reminiscimini obsecro somnium, ipse quod  
 puer

Olim narrabat nobis: quod iniquissimis

Quidē animis tum ferebamus. Jud. Frater, scio

Quid dicas & memini probè. De mergite

Ipsius, quem nostri venerabantur supplices.

Rub. Isthuc ipsum: Quod illi antè in somnis Deus  
 fore

Denunciauit, id nunc contigit: prostrati humili  
 Eum odoravimus omnes. Jud. O prodigium! Sed  
 tempus est

Ut pergamus, nam longa est via. BEN. Agedum  
 ut lubet,

## ACTUS V. SCENA VIII.

JACOBUS, JUDAS, RUBEN, cum reliquis  
fratribus.

*Ejusdem generis versus.*

SI mihi secundæ res essent de filiis,  
Jamdudum scio rediissent. Sed vereor miser  
Ne omnes in Ægypto sint detenti. Multæ mihi  
Occurrunt suspiciones, quæ exaugent metum:  
Et quæ me tranquillo animo esse haud sinunt.

Primùm simulac eò

Venissent, exploratores habitî, in carcerem  
Conjecti sunt miseri: unde liberati posteà  
Ea sunt conditione, ut se reversuros promitteret  
Una cum Benjamini: idq; adeò non nisi obside  
Relicto Simeone. Dein' abituris pecunia  
In saccis clanculum reponitur, qua gratia? nisi  
Ut crimen furti intentent innocentibus:  
Omnesque simul aut morte multent, aut infer-  
vitatem

Sibi asserant. O me miserum senem! Deum mi-  
hi satis

Scio fuisse iratum, qui illis auscultaverim:  
Qui non inedia perierim potius. Nunc tandem  
sentio

Indignis me circumventum, atque deceptum  
modis.

Eheu, nullus me vivit infelior: neque  
Quemquam esse credo usquam, cui omnes bona  
felicitates

Magis adversæ sicut. Itaque vitæ jampridem me  
piget

Meæ: nihilque malo, quam his defungi calamiti-  
tibus,

Quæ eò me redigunt, ut mortem vita potiorem  
existimem.

RUB. Abs quovis homine, cùm est opus, beneficium  
Accipere gaudias: sed enim verò id demum juvat,  
Si quem offendisti, is immemor injurie,  
Gratificari studet. Atq; eo ingenio, eaq; indole  
Fratrem nostrum Josephum præditum esse inve-  
nimus:

Cùm alioqui talium hominum magna ubique sit  
penuria.

JUD. Est ut dicis, & ob id nos felicissimos  
Essē puto, quibus tam pius & clemens frater con-  
tigit.

JAC. Sed nescio quę spes subitò suggeritur mihi:  
brevi

Hic adfuturos filios. Quod ut fiat  
Te oro atque obtestor mi Deus. RUB. Tum hoc  
maximum

Nobis evenisse bonum gaudio, quòd apud  
Illum egestati nostræ sit paratum profugium.

JUD. Vetus est dictum: dulcis comes pro vehi-  
culo est:

At ego prægaudio nullam herclè sentio lassitudi-  
nem.

Cùm tamen iter, quod à nobis confectum est, sit  
longissimum.

Sed

*Sed, nisi parum mihi prospiciunt oculi, patrem  
Pro foribus stantem conspicor.* Rub. *Ebo, certe is  
est: nihil*

*Te fallit prospexitus.* Jac. *Sed quosnam eos dicam  
esse qui*

*Huc procul accedunt? Filios esse arbitror:  
Ita animus insolito mihi nunc hilarescit gaudio,  
Atq; adeò ii sunt ipsi. quis me fortunatior?  
Oh, procurram illis obviām, & in amplexum  
proruam.*

Jud. *Eccum occurrerentem.* Jac. *Hem filii, salvos  
vos gaudeo,*

*Atque incolumes rediisse. O fili Beniamin,  
O Simeon, charissima mihi pignora, ut vos aspi-  
cio lubens?*

Rub. *O omnium qui vivunt hominum homo ho-  
noratissimus!*

*Nam à Deo sine controversia diligeris*

Pater. Jac. *Credo filii, is vos mihi salvos sua  
Restituit clementia.* Jud. *At alium insuper tibi  
nuncium*

*Adferimus, cuius maximè te participē fieri cupis.*

Jac. *Quid, eriamnè amplius?* Rub. *Verò amplius.*  
Jac. *Quid obsecro?*

Jud. *Incredibile est pater, quantam adventu no-  
stro tibi*

*Voluptatem, quantum apportemus gaudium.*

Jac. *Quid filii? audire gestio.* Rub. *Omnem ex  
animo metum,*

*Omnem curam, atq; omnem nunc amove ægritu-  
dinem.* Jac.

JAC. Ah, enecatis: quin rem potius ipsa dicite, ac  
Mittite sodes ambages. JUD. Agedum, mittimus.

*Josephum filium tuum tibi nunciamus vivere.*

JAC. Quid ais Juda? num ludis tu nunc me? JUD.  
*Ego te pater,*

*Quamobrem?* JAC. Nescio fili: quia quod im-  
pensiūs

Hoc esse cupio verum, eo vereor magis,  
Ne vanum sit quod narras. Sed quid, filius  
Meus Josephus vivit, quem dilaniatum à feris  
Ego credidi hactenus? RUB. *Vivit pater.* JAC.

*Incredibilia*

Mihi videntur, quae commemoratis filii.

JUD. Atqui verissima. Nec solum vivit, at am-  
plissimis

*Insuper honoribus ornatus, rerum potitur in Æ-  
gypto.*

JAC. Quid audio? voluptatem magnam nuncia-  
tis. At

Cavete ne falsam studeatis inire gratiam,  
Neu me frustra in lætitiam conjiciatis. RUB. Oh  
*pater,*

*Ne dubita, certa res est. Nunc adeò tibi  
Per nos is nunciari jubet, istuc sine  
Ulla ut venias mora, quæcumq; possidet,  
Se tecum, & cum nobis cōmunicaturum omnibus.*

JAC. O Admirabilem divini numinis clementiā!  
Nihil in vita unquam mihi renunciatum est  
gratius.

Atq; ita me Deus amet, ut ego nunc non tā mea,  
*Quām*

Quàm illius causa gaudeo:

Quem honore quovis judico dignissimum.

Sed eamus sodes intro, & ad iter nos paremus  
protinus,

Cupio illum jam videre, cupio colloqui:

Atque adeo in complexu ejus dulce mihi erit  
emori.

JUD. Age pater, ut lubet: in nobis nihil est moræ.

JAC. Faxit Deus ut nobis hoc perpetuum sit gau-  
dium.

### PERORATIO.

Senarii & septenarii jambici.

**S**pectatores, facta, & transacta jam sunt omnia;  
Nondum tamen vobis surgendum, nondum ab-  
eendum censeo,

Nisi quæ in mandatis habeo, enarravero prius.

Gymnasiarchus, nostri chomgus ludi comici,

Ingentes vobis omnibus agit gratias,

Quòd absque strepitu, ac magno cum silentio

Suos hodie spectastis ludos scenicos.

Quòd veluti multò illi fuit gratissimum,

Ita non mediocre calcar addet, ad alias

Itidem conscribendas comœdias: quando

Suam vobis non displicere conficit

Industriam. Nunc ne profanam, aut ludicram

Quis se vidisse fabulam putet, agite dum,

Advertite animos, atque aures arrigite sedulò.

Josephus hic probitate, ac vita sanctimonia

Ado-

*Adolescens laudatissimas, sed fratribus  
Invisus tamen, Ægyptisq; mercatoribus  
Argenteis triginta venditus, quid obsecro  
Nobis aliud ante oculos proponit, nisi  
Christum salutis nostræ assertorem, pecunia  
Eadem quoque prodendum, ab omni culpa, &  
crimine*

*Alienum, atq; immunem planissimè? At nihil  
Fraus, nihil dolus, nihil valet calumnia:  
Quod aperte per Josephum nobis mysticæ  
Sacrae q; adumbrant literæ. quem cum invidentia  
Odiumq; fratrum extinctum, ac perditum vole-  
bat, ad*

*Honores subito emersit maximos. Hæc scrio  
Quisquis secum perpenderit, nunquam improbis  
Malorum hominum terribitur conatibus:  
Quos facile evadet, divina adjutus ope. Sed satis  
Jam vos montus sum diu: Valete, & plaudite.*

F I N I S.

